



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Mortificatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

Author, &c. Cùm dat lumen, illud requirit, ut non sit frustra, sed ut per illud, quod ostendit, opereris.

Matth. 9. *Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et (nullas interponens moras) surgens secutus est eum.* Vidit illic Petrum, & Andream, & ait illis: *Venite post me.* At illi continuo, relictiis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum, & Joannem, in navi cum

Matth. 4. *Zobedæo patre eorum resicientes retiâ sua, & vocavit eos. Illi autem statim, relictiis retibus, & patre secuti sunt eum.* Ponderat Chry-

Chryf. hom. in 14. Matt. *soft. promptitudinem, celeritatemque obedientiæ. Perpende (inquit) & fidem, & obedientiam vocatorum: siquidem in medio ipsius operis constituti (scitis a-*

*quã avida res sit piscatio) cū illū audissent jubentem, nihil distulerunt, nihil omninò cunctati sunt. Non dixerunt: Revertemur domum, loquemur propinquis, sed cuncta illicò relinquentes, fecerunt, quod*

3. Reg. 19. *Elifeus quoque sub Elia legitur impleffe.* Talem quippe à nobis obedientiâ Christi efflagitat, ut neque punctum temporis differamus: etiam si nos aliquid necessarium urgere videatur. Propter quod & alium quandam accedentem ad se, & rogantem, ut ad sepeliendum patrem rediret, ne id quidem facere permisit, ostendens quod Christus cunctis sit etiam necessitatibus præferendus. Qui nullâ morâ Dei vocibus obtemperant, spiritum apostolicum habent.

Cass. coll. 3. c. 4. *De tribus vocationibus, seu modis, quibus Deus homines vocat ex Cassiano primus est immediatè ex ipsomet. Deo, qui aliquoties inspirationem quandam imittit in eos, quoddamque salutis desiderium, sequelaque ejus, ac inhærentiæ præceptorum ejus, etiam si homo exhortationem nullam audiat. Secundus vocationis modus est per hominem, cū vel Sanctorum exemplis, vel monitis instigati, ad desiderium salutis accendimur, Sic per Moysen Hebræos de afflictione Ægypti legimus liberatos. Tertius est, qui ex necessitate descendit, cū divitiis mundi hujus, vel voluptatibus obligati,*

*ingruentibus repente tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur, vel amissione bonorum, ac proscriptione percipiunt, vel charorum morte compungunt, ad Deum, quem sequi in rerum prosperitate ferè contempimus, nunc revertimur. Cujus vocationis rationem tangit Propheta: Cū occideret (inquit) Psal. 77. eos, quarebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & recordati sunt, Psal. 106. quia Deus, &c. Rursumque: Et clamaverunt ad Dominum, cū tribularentur, & de Septuag. necessitatibus, &c. Et per Oseam: Emendabo eos in auditu tribulationis suæ.*

De Mortificatione, comite Orationis.

PUNCTVM CV.

O Ratio, & mortificatio sese invicem juvant, ac simul junguntur, quin Orationem mortificatio præcedit: *Vadam ad montem præcedit mortificatio, ad collem thuris. Ex aromatibus tificatio, myrrha, & thuris. Messui myrrham meam Cant. 4. cum aromatibus meis. Hinc primum erat Cant. 3. altare holocausti, secundum thymiamat-*

*is: hoc est, prius transeundum erat per altare holocausti, quàm perveniretur ad altare thymiamatis: quo secundum Gregor. mysticè signaretur, mortificatione, pravæque appetitionum mactationem præcedere internos ambris actus, & orationis affectus.*

Ideo frigidè orant, aut potius non orant, qui mortificationi non student, sed qui ipsius mortificationi, abnegationique student, ferventissimè orant. *Israel Gen. 32. erit nomen tuum. Et statim emarcuit nervus femoris ejus: hoc est, ad Deum videndum, aut Deum fortiter in oratione vincendum, pro carnis mortificatione idoneus effectus.*

*Posui faciem meam ad Dominum Deum Dan. 9. meum, rogare, & deprecari in jejunio, sacco, & cinere.*

Hæc DEO placuit oratio. *Respexit in ora-* Psal. 101.



Alii.

orationem humilium. Alii: Respexit in orationem myrica, quæ amarissima est.

*Psal. 105.*  
*Orig. hom. 9.*  
*in Exod.*

In tympano, & choro. Hæc symphonia suavis. Sic Origen. exponens illud Exodi, ubi Matia soror Moysis, assumpto tympano, memorabile illud canticum cecinit. Melius, inquit, hæc dices, si habueris tympanum in manu tua, id est, si carnem tuam crucifixeris cum vitiis, & concupiscentiis suis, & mortificaveris membra tua, quæ sunt super terram.

*D. Greg. 33.*  
*Mor. 16.*

Sic Gregor. ad illud, *Sumite psalmum, & date tympanum*, hoc est, accipite spirituale canticum cordis, & reddite temporalem macerationem corporis.

De sui ipsius propria abnegatione,  
& mortificatione.

PVNCTVM CVI.

*Matth. 16.*

**S**I quis vult venire post me, abneget semetipsum. Primum, quod à Christi discipulo exigitur, est sui ipsius abnegatio. Quid sit autem abnegare se ipsum, declarat Chrysof. ex abnegatione alterius. Si intelligis, inquit, quid sit alium abnegare, tum recte perci, ies, quid sit abnegare se ipsum. Qui alium abnegavit, putat servum, aut quem vis alium, si cædi cum virgis videat, si arceri vinculis, quicquid mali pati eum conspexerit, non occurrit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorsus ullo modo movetur, cœq; ille, qui penitus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro patere vult, ut neque si cæditur, neque si pellitur, neque si uritur, si ve quid aliud hujusmodi patitur, ei pareamus.

*1. Reg. 20.*  
*Lyr. ib.*

Abnegatum servum legimus in primo Regum: *In venerunt virum Egyptium in agro (qui) non comederat panem, (Lyranus, id est, aliquem cibum, neque biberat aquam, (id est, aliquem potum) tribus diebus, & tribus noctibus. Cujus es tu, vel unde? Puer Egyptius ego sum, servus viri Amaleciti. Dereliquit me dominus meus, quia egredere cæpi nudius tertius. Ut abnegaverat eum-*

inhumanus Dominus! ut penitus ab illo alienatus! nulla tamen commiseratione. Sic, sic sanctè abnegamus nos ipsos, Ægyptium hunc tenebrosum (corpus) derelinquentes, nec eidem parcentes.

Apostol. *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo.* Theoph. hoc est, adversus carnem depugno. *1. Cor. 9. Theoph. Græc.*

(unde verbum, quod, *castigo*, interpretatū est,) livores dicimus quosdam, qui sub oculis infliguntur, cum pugnis res agitur, & deceratur. Quæ ex re ingens illud parefecit certamen, quod naturæ inferitur: corpus enim hoc nostrum violenta quadam tyrannide anime adversatur, impugnatque ut hostis accerimus. Cùm enim, *Castigo*, inquit, & plagis se illud arguit affecisse, mox insuper, *Castigo corpus meum*, inquit, & in servitutem redigo, intrulit: ut intelligas, haud aliter illud, quam in servi morem esse habendum, lascivientis, & contumacis, frangendumque ipsum, & subjugandum. Hoc est abnegare se ipsum, corpus non quidem interimere, sed corporis esse anatos motus perfectè mortificare, lascivienti corpori nulla ratione compati, inordinatis ejus cupiditatibus nullo penitus modo affici, vel moveri, *Castigo corpus meum*. Alii: *Lividum facio, vel livoris, & sanguinis nota fugillo oculos.* Alii: Alii: *Subigo, coercere, contundo.*

Ut Jobum abne arunt quidam! *Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.* Ubi Pineda optime: Adversantur, non dignantur me visū, aut colloquio, aut ullo familiaritatis genere. Nicetas: Rem me planè detestabilem, atque odiosam dicunt. Nauseant super me, me detestantur, & à me faciem, oculosque avertunt. Totum hoc ex idiomate Hebræo, quod vulgatus reddidit: *Abominantur, longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.* Nicetas. Ubi ad me propius accesserint, spatisq; sædaverint, longè recedunt. Et Th o hanes Nicæus sua epistola se. vanda, quæ est de patientia ad omnes Christianos, hunc ipsum Jobi locum elucidans, ait: Servi abjecti, & viles illudentes, & decidentes, conspuentesque in ipsum, calamitates assidue exprobrare.



*Iob seipsum ab-  
negavit.*

*Iob. 2.*

*Apollin.  
Origen.  
Gregor.  
Isidor. Clar.*

*Iob. 7.  
Septuag.*

*Ambr. l. i. de  
interp.  
Io. c. v.  
S. Petrus sui  
ipsum abnega-  
vit.*

*Tertul. l. de  
patient.*

*Origen.*

*Iob. 30.  
Basil. in reg.  
fut. disput.  
inter. 8.*

*Chryf.*

*Theoph.*

exprobrare non desistebant. Ipsum scilicet abnegaverant. Sed ut ipsemet seipsum abnegaverat! ex sancto sui ipsius odio ut pœnas pœnis, dolores doloribus addebat! Testa saniem radebat, ad acerbiores dolores ciendos, & ut sibi carnifex fieret, inquit Apollinaris, Orig. Greg. Ad sicca ulcera, inquit in Senolis Isidor. Clarius, non molliculis linteolis utebatur, sed immundam saniem testa excipiebat. O magnanimitatem! ð in perferendis doloribus fortitudinem! Sic infra, ubi nos legimus: *Sordibus pulveris cutis mea aruit.* Sept. legunt: *In fundo glebas terra à sanie radens confricabat.* Scilicet seolvebat, ac revolvebat, ut dolores aceret. Mium certè odium, mira abnegatio, acerbare ipsi sibi supplicia non timere, ut Ambros. ait de Apost. Petro, qui in verso suspendi poposcit vestigio, ut aliquid passioni suæ adderet, adeoq; acerbare ipse sibi supplicia non timeret. Sui ipsius perfectus abnegator.

Ex eadem abnegatione erat id, quod Tertul. inquit. Quod cum totus sanctissimus Job scateret vermibus, sederetque in putredine vermium, ut uxor objecerat apud Sept. *Tu in putredine vermium sedes,* erumpentes tamen bestiolas inde in eosdem specus, & partus refossæ carnis ludendo revocabat. Vermes autem fuisse Dæmones in forma vermium, ait Orig. Perfectus sui abnegator, qui ex odio sui, propriæ carnis pabulum præbebat voratoribus vermibus, ac talibus vermibus, de quibus alibi: *Ecce qui me comedunt, non dormiunt.* Basil. Perfectus abnegator, ne de vita sua quidem quicquam affectus est omnino.

Hæc est abnegatio sui, quasi alius hæc patiat, sic affici, ut ait Chryostom. quasi dolores sint in alieno corpore. Propterea, ut idem notat, non dixit, neget; sed *abneget*: ut hæc additiuncula plurimum addat, cum abnegare multo plus, quam negare sit.

Theoph. *Abneget semetipsum*, hoc est, non habeat communionem quandam cum corpore, sed contemnat se ipsum: sicut consuevit dicere, quod quis quempiam negavit, hoc est, non habuit eum.

pro amico, vel nro. Sic igitur nos docet, nullam eum corpore habere communionem, id est amicitiam. Climacus definicens abrenunciationem, dicit esse inimicitiam adversus corpus.

Hilarion (ex Hieron. in eius Vita) dum corpori minatur: *Fame ego te conficiam,* ne luxuriam cogites; verus abnegator. Benedictus, qui per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem, verus abnegator. Franciscus dum voluit se se in frigida nive, in spinis acutis Benedictus; veri abnegatores. Simeon Scilitres spatio octoginta annorum noctu, diuque, sub dio in columna vix somnum, vix cibum capiens, verus abnegator. Hoc insignium Sanctorum studium, in quorum Vita à nonnullis illud observatum est, nullos penè Sanctos miraculis, & gestorum, rerumque admirandarum gloria claruisse, nisi illos, qui jejuniis, corporis castigationibus, vitæque austeritate excelluerunt: adeo Deo placuit semper, & placet corporis abnegatio.

Hinc Paulus, quò Deo placeret, hoc ejusdem oculis pergratum spectaculum exhibebat: *Ego quidem sic curro, Ege.* & jam præmiserat: *Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet;* vel ut est Græcè: *Per omnia temperans est;* vel cum Cypriano: *Continens est.* O accensum fragilis, & caducæ coronæ desiderium! quod vel carnalem coëcet voluptatem, simulque confundit nostram incontinentiam, dum pro æterna corona non nos continemus!

Subdit: *Ego igitur sic curro, Ege.* Non quasi aërem verberans, id est, frustra, & inaniter laborans: sed hostem verbero, cū hoste pugno, scilicet corpus, & carnem subigo, coëreco, contundo, plagas, & verbera corpori infigo, manus in meipsum converto iratus mihi: Sic non solum placeo Deo sed insuper ab omnibus laudor, à quibus, nisi sic agerem, reprobarer. *No cum aliis prædicaverim, supple,* temperantiam, ac sobrietatem, ipse reprobus efficiar, quasi qui non faciam, quæ doceo. Ludus Olympicus, qui omnibus licet. Sic Isidor. Clar. Castigabat Paulus

Q. 3.

corpus,

*Climac.*

*Abnegatio ini-  
micitia ad-  
versus corpus.*

*D. Hier. in*

*Vita Hilar.*

*S. Hilarion*

*verus sui ab-*

*negator.*

*Et S. Ben. dicit.*

*Et B. Francisc.*

*D. Gregor. 2.*

*Dial. 2.*

*Et Simeon Sti-*

*lites.*

*1. Cor. 9.*

*Græc.*

*Cyprian.*

*Isid. Clar.*



corpus, quod magis spirituale erat, quam nostræ ipsorum animæ. Cui ergo post Paulum non id faciendum est? Opportunè autem meminit castigandi corporis ad eos, quorum ventris, ac gula vitium reprehenderat.

*Psal. 4.  
Gloss.  
Pœnitens ho-  
mo sui ipsius  
hostis.  
Chald.  
August.  
Remig.*

*Iraſcimini, & nolite peccare.* Vbi Gloss. Quid est, inquit, homo pœnitens, nisi irascens sibi? *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Paraph. Chald. *Domate concupiscentiam vestram, &c. reputabitur vobis sicut sacrificium iustitiæ.* Per sacrificium iustitiæ August. pœnitentiam intelligit. Remig. verò ait, peragi hoc sacrificium, de medio tollendo taurum superbiæ, hircum lasciviæ, &c.

*Matth. 1.  
Hieron.*

*Ipse autem habebat vestimentum de pilis camelorum.* D. Hieron. De pilis, non de lana, &c. Ut Sancti eligunt ad corporis mortificationem, quod durius est! Cameli habent & lanam, sed Ioannes vestitur pilis. Chryl. hoc loco Servis Dei nõ convenit habere vestimenta ad speciem visionis, vel ad carnis delectamentum. Sed tantum tegumentum nuditaris habebat Ioannes, vestem non mollem, neque delicatam, sed cilicinam, gravem, & asperam, & conterentem corpus potius, quam foventem, ut de virtute animæ eij ipse habitus corporis loqueretur. Author Imperf. ait: De asperioribus fetis cameli habuit vestimentum, ut ipsa asperitas ad virtutem patientiæ animum exerceeret. S. Bern. serm. de Bapt. *Veni Ioannes neque bibens,* ait Dominus, planè neq; vestiens &c. pilus enim cameli non est hominis indumentum, &c. Abnegabat seipsum.

*Chryl.  
Ioannes Bapti-  
sta sui ipsius  
abnegator.*

*Auth. Imp.  
D. Bern.*

Quod verbum ponderans Vist. Antioch. Non dixit: Ne nimium sibi indulgeat, aut ne nimium carni suæ parcat, sed abneget, inquit, vel abjuret se ipsum: hoc est, nihil cum se ipso, vel cum sua carne commercii habeat; sed ita se gerat, ac si non ipse, sed alius quispiam Crucem tolleret. Sed quoniam huic mortificationi affinis, aut effectus est Pœnitentia, ad eam aliquantulum digrediamur, vel potius sermonem extendamus.

*Vist. Ant.  
Mar. 8.*

Ut id egit sancta hec pœnitens! Per quæ deceperat homines, inquit Chryl. per eadem paravit remedia pœnitentiæ: per quæ avocarat oculos intemperantiæ, per hæc emisit lacrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccandum, per eosdem pedes absterfit Iesu: unguento multos inleserat, per hoc pedes illius lavit, &c.

### De vera Pœnitentia.

#### PUNCTVM CVII.

**H**abemus Magdalenam, verè symbolum pœnitentiæ, quam sicut sequuti sumus pedibus errorum, sic sequamur & pede pœnitentiæ. Onos felices! Sequuti sumus errantem? sequamur pœnitentem. Quid egit hæc? Attulit alabastrum, oculos, capillos, manus in obsequium Creatoris adhibuit, sicut in offensam ejusdem exhibuerat. Hæc vera pœnitentia est, ut revolvatur in obsequium, honoremque Creatoris, quod prius in opprobrium, & contumeliam ejusdem fuerat conversum.

*Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; Rem. 6. ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiæ in sanctificationem.* q. d. ait Origen. Currebāt prius pedes vestri ad effundendum, nunc ad liberandum sanguinem currant: protendebantur manus prius, ut aliena diriperent; nunc protendantur, ut propria largiantur: circumspiciebant prius oculi alienum ad concupiscendum; nunc circumspiciant pauperes ad miserendum; & uniuscujusque membri ministerium, quod exhibuit vitii, apter virtutibus; & actum, quem exhibuit immunditiæ, ad castitatem nunc, sanctitatemque convertat.

Ut id egit sancta hec pœnitens! Per quæ deceperat homines, inquit Chryl. per eadem paravit remedia pœnitentiæ: per quæ avocarat oculos intemperantiæ, per hæc emisit lacrymas: per capillos arte compositos multos illexerat ad peccandum, per eosdem pedes absterfit Iesu: unguento multos inleserat, per hoc pedes illius lavit, &c.

Josue 2. Rahab suscepit nuncios, alia via citiens hoc est, per ora suscepit, per fenestras emisit: ut per quas fortè susceperat, aut conspexerat impudicos, per has demitteret castos; & quos olim inquinaverat: nunc sanctificaret.



*De Esther: Cumq; deposuisset vestes regias, fletibus, & luctu apta indumenta suscepit, & pro unguentis variis, cinere, & stercore implevit caput, & corpus suum humiliavit jejuniis, omniaq; loca, in quibus antea latari consuevit, crinium laceratione complevit. Sic, sic, caput illud, quod fuerat jam gemmis ornatum, nunc cinere conspergatur: coma illa jam omni studio, arteque perfecta, neglectui nunc habeatur, &c. Si hic risit, hic ploret: si hic Deum offendit, hic amet, & honoret, crinum que laceratione compleat loca, in quibus antea latari consueverat.*

*Lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quæm locum huc premeas Cassiod. Merito quidem, inquit, lectum, quem noctibus polluerat, lachrymis ablucbat. Et adhuc expendens subdit: Computabat ergo David, non quomodocunque tempus, sed strictissime, scilicet omnes noctes, quibus Deo peccaverat, & illum offenderat: ut nos, qui lectum impura libidine contaminavimus, largo, & perenni lachrymarum flumine tempus sic computando, lavare discamus.*

*Pœnitentia vera ut mutat! Venit Maria Magdalena, & altera Maria. Vbi Chrysolog. Verè altera. nam amplius, quæ fuerat, non erat. Vnde ad Simonem ait: Vides hanc mulierem? q. d. si eandem, quæ prius erat, esse credis, falleris.*

*Pœnitentia mutat: Et Nivine subvertetur. Quomodo? Haud scio subversam esse. Ex Hebr. In alteram faciem mutabitur. Sic August. Stantibus manibus, atque domibus eversa est civitas in perditis moribus.*

*Hanc mutationem ad veram pœnitentiam requirit Ambros. ut ad pristinos mores non revertatur. Si verè agerent pœnitentiam, inquit Ambros. iterandam postea non putarent. Et postea subdit terribilem illam sententiam: Facilius inveni, qui innocentiam servaverint, quam qui cogitè egerint pœnitentiam. An quæquam illam pœnitentiam putat, ubi acquiritur ambicio dignitatis? ubi vini effusio? ubi ipsius copule conjugalis usus? Renunciandum sæculo est: somno ipsi*

*mius indulgendum, quam natura postulat: interpollandus est gemitibus, interumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus: viveadum ita, ut vitali huic moriamur usui. Seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Sic quendam adolescentem fabulæ ferunt post amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore, regressum postea veteri occurrisse, dilectæ, quæ ubi non interpellatam mirata, putaverit non recognitam, rursus occurrens dixerit: Ego sum: respondit ille: Sed ego non sum ego. q. d. Sis tu, quæ vis, ego non sum, qui prius eram: ac si diceret, mutatus sum: non sum amplius, qui eram: non quoad substantiam, & personam; sed quoad qualitates, conditiones, gustus, actiones, &c.*

*Infiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum. Novi gustus, novæ cogitationes, &c. Sed ego non sum ego, nihil pristinæ conversationis retinco.*

*Magdalena fregit alabastrum, effudit, &c. ne gutta remaneret. Ut eversam Jericho funditus delevit Iosue! ut vanitates combussit, ut idola contrivit!*

*Moyse in cinerem redegit vitulum aureum, ut tibi verum pœnitentiæ argumentum præberet. In cinerem idola, quæ tam falsa, tamque indigna religione coluisti. O quot similes Racheli, quæ licet pergeret in terram promissionis, secum tamen aliqua deferebat idola!*

*De Josia: Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reverteretur ad Dominum in toto corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, iuxta omnem legem Moyse, neque post eum surrexit similis illi. Et quid egit? Pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Iuda, & Ierusalem abstulit Iosias. Hæc, hæc perfecta pœnitentia est, non reliquere figuram, vestigium, &c. Rhemigius ad Clodoveum: Adora, quod incendiisti, incende, quod adorasti.*

*Vnum ex fortioribus argumentis damnationis Salomonis apud eos, qui ejusdem salutem in dubium revocant, est, quodd Excelsa non abstulit. Sic de impœnitentia*

Esther. 14.

Psal. 6.

Cassiod.

Matth. 28.

Pœnitentia immutat mores.

Luc. 7.

Iona 1.

Hebr.

D. Ambr. lib.

1. de pœn. c. 10

1. Reg. 10.

Matth. 26.

Iosue 6.

Exod. 32.

Gen. 31.

4. Reg. 23.

Rhemig.

Pœnitentia spuria, ac legitima signa.

ten.



3. Reg. 22.

tentibus illis: *Veritatem Excelsa non abstulit, &c.* quia signum evidens pœnitentiæ est idola comminuere, & in favillam redigere.

Levit. 6.

In Levit. de oblato pro peccato volebat Deus, ne quid minimum remaneret? *Cremabitur usque ad favillam.* Vt intelligat, vel sub cinere servatam favillam antiquum ignem reaccendere.

Osee 4.

*Nolite ingredi in Galgala* (ubi propter antiquam loci religionem superstitionis idola colebantur, ne talis ingressus sit vobis recens occasio idololatriæ: ) *& ne ascenderitis in Bethauen.* Hebr. *Domum vanitatis*, vel *Domum idoli*, ubi scilicet vitulum Jeroboam adorabant, quasi dicat, ab omni occasione recedite.

Job 39.

*Job 39. Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula ejus in terra salsuginis.* id est pœnitentiæ, contemnit multitudinem civitatis, fugit scilicet occasiones, conversationes, &c. sensualitatis, nimirum vocibus surdus. Hic, hic verus est pœnitens.

Exod. 38.

Nihil prorsus præteritæ occasionis in vero pœnitente remaneat. Mulieres illæ pœnitentes specula in labrum æneum obtulerunt: optimum signum specula obrulisse, &c.

I. Reg. 7.

Cum ad preces Samuelis Deus ignovit populo peccatum adorationis idolorum, notavit sacer Textus, quod coram Deo effuderunt quædam vasa: *Effuderunt aquam in conspectu Domini.* Quid sibi voluerunt? Verè pœnitentes esse, in vasis scilicet cordis ne minimum quidem idolorum affectum superfuisse. Frangendum est alabastrum, Fratres, nihilque servandum occasionis, &c.

*Pœnitentia mulierina est ejus, qui non fugit occasiones*

Matth. 6.

Non tibi blandiaris de vera pœnitentia, si adhuc illaquearis occasione, deridet Diabolus ejusmodi pœnitentiam, ut puer aviculam: modò te illaqueatum detineat, alas expandi sinet alicujus boni desiderii: volitare te sinet, ut sinebat Herodem, quem in affectu Herodiadis detinebat: & tamen expandere alas desideriorum salutis permittebat: funem laxabat, ut sermones audiret: sed, &c. Sic, sic captivi, ut aves, quia aliquantulum expandimus alas, blandimur nobis de li-

bertate verorum pœnitentium. Cavende occasiones.

David ut cautus! ut notat Chrysostr. Castigatus, inquit, de priori concupiscentiâ postmodum cautior factus est: & qui corpus adamaverat, & ruerat, aquam desideratam, & necessariam, & sitiens bibere noluit. Ita Eucherius: In sacrificium Domini aqua effusa conversa est, quia culpam concupiscentiæ mactavit per pœnitentiam reprehensionis suæ: & qui quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit; postea etiâ, quia aquam concupisset, expavit. Timuit nimirum latentes insidias, horruitque appetitum, etiam sub habitu & specie veræ necessitatis, ne paulatim relaberetur, &c.

*Ut vestitus cilicio! ut sese castigabat! Jerem. 31. Pone tibi amaritudines. Alii: Sumo de te vindictam.*

*Iurvens ille in se reversus, ex Græco, Contra se reversus. In se ipsum insurgens, sibi manus consciscens, &c. Verus Levita, &c.*

*Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Pagnin. Incedam omnibus annis in amaritudine anime mee, &c. Sic Pagnin. Petrus, ubi flevit amarè, ex Clemente, finem lugendi nullum fecit in singulis vitæ dies, cui lacrymæ sulcos in facie effecerunt. Sic Magdalena per dies singulos sese totam gravissimis fustis ictibus operiebat.*

De Sancto Arsenio dicebant Sancti Seniores: quia sicut cum in sæculi conversatione esset, nimis pretiosis vestibus induebatur, ita præ omnibus Monachis viliora, & despectiora vestimenta haberet. Hic ipse Arsenius totum tempus vitæ sedens ad opus manuum, pannum habebat in sinu, propter lacrymas, quæ ob desiderium vitæ æternæ crebrò curiebant ex oculis ejus.

Dicebat autem Abbas Daniel de eodem Arsenio, quia cum operaretur portas ex palmarum foliis, mittebat aquam in pelvim, ut infunderentur palmæ: Et cum foeret brumosa, & sæculenta aqua odore, non permittebat, ut aliam aquam mutarent,

2. Reg. 23.

D. Chrysostr.

David quam

cautus post

lapsum!

Eucher.

Cur effudit,

quam concupi-

verat, aquam.

Luc. 16.

Ist. 38.

Sic Pagnin.

in Vit. Pat.

De pœnis &amp;

lacrymis San-

cti Arsenii.

Ut erat Arse-

nio pro suorum

odore factor.



mutarent, sed super illam foetidam aliam addebat aquam, ut semper foeteret. Interrogabant autem eum Fratres, dicentes: Cur non permittis, Pater, ut aqua mutetur, sed pessimo foetore rota cellula tua repletur? Respondens autem senior ait: Quonia pro thymiamate, & muscata, & aliis divetis, quibus in saeculi conversatione sine intermissione fruebar, oportet me nunc, dum in hoc corpore sum, sustinere huiusmodi foetorem pro suavissimo odore, ut in die Iudicii de illo gehennae inenarrabili foetore liberet me Dominus, ut non cum illo divite, qui epulabatur in isto mundo deliciosè, & splendè, condemnerur anima mea.

Recogitabo tibi omnes, &c. Vbi Bernard. Oportebat, inquit, si fieri posset, revivere me quoddam malè vixi: sed quia hoc non possum, saltem recogitabo tibi omnes annos meos, faciam recogitando, quod recuperando non possum, &c.

Verus poenitentia percurrit praeteritam vitam, itque retractando, quod sese male egisse recolit, malas retractat opiniones, palinodiam cantat, &c. Sic David: Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. q. d. Docui vias Inferni, has dedocebo, tuasque docebo, à te abstuli, tibi reddam. Hæc, hæc est vera poenitentia, quos à rebus divinis abduxisti, à Sacramentis ab oratione, à recessu, ad hæc reducere, &c. Sicut exhibuisti, &c. Ita, &c.

Convertimini & recedite ab idolis vestris. Pagnin. Convertimini, & converti facite alios ab idolis vestris. Hebr. Convertimini, & convertite

Afferite Domino, filii Dei, (per gratiam effecti) afferite Domino filius arietum (peccatores) afferite Domino gloriam, & honorem, adorare Dominum in aula sancta ejus; quasi dicat: Honorem abstulistis? honorem reddite: Ab Ecclesiis abduxistis: ad Ecclesias rednite. Ostende domui Israel templum, si ostendisti lupanar. Hæc, hæc, inquam, est vera poenitentia.

Quæ cum vera est, quid non efficit? Vera poenitentia amissam gratiam restituit. At qualiter? Vix inter homines adeo reconciliatur gratia, ut aliquid of-  
Speranza Scriptura selecta.

A fensa non remaneat, saltem in memoria. In Deo non sic: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatem ejus, quas operatus est, non recordabor. & per Isaiam: Delevi, inquit Deus, ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua; quæ nimirum nullo per se remanente vestigio, vel Solis calore, seu vento raptante dissolvuntur. Sic Hieron.

Poenitentia pristinam restituit gratiam, ac primos reddit honores. Cito, inquit ille, proferte stolam primam, & induite illum (poenitentem); & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus. Ubi eleganter Chrysol. Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solum, nisi pristinam restituat & honorem. Sic de Nabuchodonosore Cyrillus: Cum agnovit, inquit, Altissimum, & devenit ad eorum, quæ patravit, poenitentiam, tunc restituit illi Deus regni honorem. Hinc & Philo: Hebræus de quavis anima pe-

catrice: Homo, quando liberos sibi quærit, ex virginibus reddit mulieres: at vero Deus, quando incipit cum anima habere consuetudinem, eam, quæ modò mulier fuerat, restituit in virginitatem pristinam. Quo sensu Rupert. ad illa verba: Sponsabo te mihi in sempiternum; Osæ 2.

Ecce, inquit, peccatrix ad desponsationem adducitur, & inter blanditas ineffabiles sponsa fore promittitur. Talis scilicet animarum amator Deus, ut quanto nunquam anima fornicata fuerit, statim ut vero Deo per fidem conjungitur, virgo fit. Vulgò dicitur (sic per Jeremiam Deus) Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad eum ultra? nunquid non polluta, & contaminata est mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus. Saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Et

quantam gratiam poenitenti restituit Deus, ut vel omnem corruptionem auferat à corrupta, licet (ut cum Theologis loquamur) non faciat, quod corrupta non fuerit.

Nec solum poenitentia amissam gratiam ad æqualitatem, verum etiam cum additione, ac favore restituit. De poenitente

Re Poenitentia gratiam perditam reddit cum favore.

D. Bern. in Cant. Ezech. Tempus male actum quomodo redimi queat.

Psal. 5.

Ezech. 14. Pagnin. Hebr. Psal. 28.

Ezech. 43.

Poenitentia vera gratiam restituit.

Isa. 44.

Hier. ibid.

Luc. 15.

Chryl. ser. 1. de duob. filiis. Cyrill. ca. tech. 2.

Philo l. de Cherub. Gratia Dei ex corruptis virgines facit.

Rupert.

Osæ 2.

Jerem. 3.

D. Th. 1. p. q. 25. art. 4.

Poenitentia gratiam perditam reddit cum favore.



*Chryf. hom. 6. in Matth. Luc. 15.*

*Tertul. l. de penit. c. 8.*

*Ambros. in Psal. 37. Arnob. in Psal. 138.*

*Psal. 104. 4. Reg. 5.*

*Isai. 53.*

*Joan. 5.*

nitente Magdalena Chryf. Illa, inquit, in A Evangelio meretrix virgines quoque ipsas honestate superavit. Certè prodigus ille filius, postquam egit pœnitentiam, lautius quàm antea acceptus est, quin & festivius, quàm senior alter, qui semper se innocentiam servasse gloriabatur. Eum in gratiam quantam cum pœnitentia revocaverit, ut innocenti filio non solum adæquarit, verùm etiam prætulit, patrique chariorem fecerit. Vnde Tertul. eo, quo solet spiritu, & acumine: Pater, B inquit, chariorem senserat, quem lucrifecerat; quasi dixerit: Deus chariores habere solet, quos per pœnitentiam lucratur. Id quod pater ex parabola ovis, de qua idem Tertul. Grex, inquit, unâ charior non erat. Vna illa conquiritur, una pro omnibus desideratur, & tandem invenitur, & humeris pastoris. ipsius refertur. Qua ex parabola perspicuum est, pœnitentem unum in errabunda ove figuratum, non tantum innocenti, sed ipsis etiam Angelorum millibus in nonaginta ovibus præsignatis, anteponi quodammodo, ac anteceri. Hinc Ambrosius: Plus acquisivimus, qui plus peccavimus: quia beatiore facit tua gratia, quàm nostra innocentia. Et de Petro Arnobius: Major gradus redditur ploranti, quàm sublatu fuerat deneganti.

In hujus rei figuram ditiore filii Israël D ex Agypto egressi, (Et eduxit eos cum argento, & auro,) quàm in Agyptum ingressi fuerint, perhibentur. Et in libris Regum Naaman illi Syro, cum in flumine se lavisset, non solum pristina caro, sed & caro pueri restituta est. Huc facit etiam, quod dum ageret Propheeta de Messia adventu, deque peccatorum conversione: *Tunc, ait, saliet sicut cervus, claudus.* Mirum! Qui integer, ac sanus semper extitisset, ut cervus quidem minime saliret: Sed hoc mysticè innuit, quod is, quem per pœnitentiam sanat Christus, velocius quandoque evadit, quàm ante pœnitentiam sanus esset. Hinc paralytico illi vis tanta indita à Christo est, ut lectum super humeros portare valuerit, quem antea forsitan nec à terra levasset.

*Qui dat lasso virtutem, his, qui non sunt, similitudinem, & robur multiplicat. Isai. 40.*

At quis non miretur veræ pœnitentiæ effectum alterum? Quem? Mirum! Pœnitentia Vera pœnitentia ipsum peccatum, quod peccatum vel solum verum est dedecus, mirabili quodammodo in gloriam mutat, & decorè honestat.

Non id quidem ratione peccati, cum peccatum intrinsecè malum, turpe, & dedecus sit, sed ratione divinæ misericordiæ, ac virtute pœnitentiæ, quibus veluti quibusdam radiis, ac luce superfunditur, unde pulchrum quodammodo fit, ac veluti fulgens, ac inauratum. In 1. Regum fecerunt illi similitudines anorum suorum, & similitudines murium, quas redderent Domino pro delicto, at hæc ipsa paulò post dicta sunt vasa aurea: *Tolle ista, Arcam Domini, & ponetis in plastro, & vasa aurea, quæ exolvisti ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latu ejus.* Miratur Gregorius: Quid est, quod res istæ eadem honestiori nomine exprimitur, nisi quia peccata, quæ pœnitentiæ fletibus tersa non sunt, in deformitate sua videntur, atque lugenda sunt, ea verò, quæ jam sunt diluta magnis fletibus, non in deformitate sua respicienda, sed æstimatione humilitatis aliquando cogitanda? O virtutem ergo pœnitentiæ, quæ vasa contumeliæ mutat in aurum, & vasa gloriæ!

Hu. facit illud Isaiæ: *Et volavit, inquit, ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forripe tulerat de Altari, &c.* Quæris, quid iste calculus? Hebr. carbo, Sept. pruna. Hieron. carbunculus. Hebr. lapis mirum pretiosus, qui subdit: Ex quo intelligimus, Altare Dei plenum esse carbunculis. Sed quæres iterum: Qui fieri potuit, ut ignis Altaris nutriti posset carbunculis, gemmis pretiosis? Gravissimæ huic dubitationi satis ad rem nostram sic fieri potest: in illud quidem Altare non carbunculos, & gemmas ad ignis nutritionem fuisse immixtas; sed coniectos carbones, qui tamen ab igne Altaris in gemmas convertebantur: unde qui carbones injecti fuerunt, carbunculi, gemmæque prodibant; ad vim Altaris holocausti, pœnitentiæ, scilicet, exprimendam,

*1. Reg. 6. Mendox. ibid.*

*Greg. ibid.*

*Isai. 6.*

*Hebr. Sept.*

*Hieron. Veia in Apoc. 8. sect. 5.*



mendam, cuius vi planè divinâ, & admirabili peccatores instar carbonum, frigidî, nigrique suorum scelerum, ac flagitiosâ turpitudine, in carbunculos, gemmasque evadunt pulcherrimas, sicut que pretiosi lapilli, sive per charitatis ardorem carbunculi, sive per castitatem smaragdi, &c. O, inquam, divinam pœnitentiæ metamorphosim, quâ vilia in pretiosa, ac fœda in pulchra commutantur!

Cant. 1.

**Nigra sum, sed formosa.** Ad rem Chaldaica: *Quando fecerunt Domus Israel vitulum, denigrata sunt facies eorum, sicut filiorum Æthiopia, qui morantur in tabernaculis*

Pœnitentia ex Æthiopicis dimissum fuit eis peccatum, multiplicatus fuit Angelos facit. Amos 9. Hier. ibid.

*Cedar: Et quando egerunt pœnitentiam, Et splendor vultus eorum, sicut vultus Angelorum. Favet Hieron. ad illud Amos: Nunquid non ut filii Æthiopicum vos estis mihi, filii Israel, ait Dominus? Æthiopes ergo, inquit, vertuntur in filios Dei, si egerint pœnitentiam, & filii Dei transeunt in Æthiopes. si in profundum venerint peccatorum.*

Bern. ser. 39. in Cant.

Recordare nunc mihi (sic pulchrè Bernard.) & Moyse, & Æthiopiæ, & agnosce jam tunc præfiguratum conjugium Verbi, & animæ peccatricis, sed non potuit Moyse Æthiopiæ mutare pellem, potuit Christus. Hinc plurimorum ora, quæ peccatum erant deformia, perfecta pœnitentia, pulchra apparuisse dicuntur. Ex D. Philippi Vita id clarum est: nam purissimis beati Viri oculis quidam deformes, per pœnitentiam mutata facie, ac ore venusto apparuerunt.

De passionum abnegatione.

PUNCTUM CVIII.

D. Basil. in Reg. sus. disp. inter. 6. Tolet. 6. Luc. 6. Abnegatio sui quid.

**A**bnegat semetipsum. Nihil est aliud sui ipsius abnegatio, inquit S. Basil. nisi summa rerum omnium vitæ superioris oblivio, atque à sui ipsius voluntatibus recessio. Quam sententiam elucidans Card. Toletus, duas in partes secat. Prior est summa rerum omnium vitæ superioris oblivio. Vitam superiorem appellat,

**A** quando sine Dei gratia peccatis indulgebamus, rerum temporalium affectu, ac dulcedine acti, quarum oblivisci debet, qui se abnegat, hoc est, earum memoria non jam amplius affici, nec earum affectu amplius teneti. Posterior pars, in qua sita est veræ abnegationis substantia, est, ut ab omni voluntate, affectu, desiderio, appetitu, & inordinata passione, quæ ad illicita impellunt, recedamus, eis resistentes, contradicentes, & mentis consensum averteutes. Hæc est sui abnegatio, quam Paulus ad Gal. crucifixionem carnis cum vitiis, & concupiscentiis, & ad Coloss. expoliationem veteris hominis appellavit.

Gal. 5. Coloss. 9.

**B** Abnegare itaque semetipsum, est propriis suis passionibus adversari, & contradicere, eadem mortificare, ac regulare. Sic Origene.

Orig. hom. 2. in Matth. Eccl. 23. Iansen. ibid.

**C** Quàm merito abnegandæ passiones! Sub earundem tyrannide Ecclesiasticus quot lacrymis orat: *Extollentiam oculorû ne dederis mihi* (elationem animi, & ex ea elationem oculorû ne me habere sinas) *Et omne desiderium* (quod ex elatis oculis nascitur) *averte à me. Aufer à me ventris concupiscentias*, (in plurali, venter enim nunquam dicit, Sufficit: quid mirum, si sequatur?) *Et concubitus concupiscentiæ ne apprehendat me* (ex intemperanti namq; ciborû concupiscentiâ nascitur concubitus concupiscentiæ: sic lacrymâs precatur, ne concupiscentiæ veneret ipsi domineatur, ipsumque sibi devictum, & addictû habeant, & quovis attrahant.) Tandem: *Et animo irreverenti Et infrunito ne tradas me.* *Infrunito*, id est, effrâto. *Isid. Clar. Impudenti*, Græcè: *Insatiabili*. Ubi notandum illud, *Ne tradas me*, videlicet tanquàm tortori, ac tyranno, qui me pro libidine sua, tanquàm mancipio sibi tradito, abutatur. Ut passione ignominie abusi sunt illi, qui eisdem traditi, hoc est, permisi fuerant.

Isid. Clar. Græc.

**D** *Tradidit illos Deus in passiones ignominie.* Rom. 1. Hi sunt Dii, quibus qui serviunt, non habent requiem nec die, nec nocte. Væ his, qui traditi sunt in manus horum dominorum crudelium!

Passionibus Qui suis effrânatiss passionibus non qui servit, indignis servit?

R. 2



Eecl. 25.

dominatur, misera servitute deseruit, ut A dicit idem Ecclesiasticus, indignis se: *Beatus, qui non servavit indigni se. Durum est per se ipsum servire; intolerabile servire indignis. Indignis autem servit, quisquis cupiditatum suarum servus est: hæc namque à rationali creatura prorsus sunt aliena, cum sint brutorum propria.*

Qui suis passionibus ducitur, ut animal in omne facinus ducitur. Rogaverat Ecclesiasticus: *Ne derelinquas me in cogitatu illorum (animi, & cordis mei, nec a cogitatem, & faciam, quæ intellectus, & voluntas ex se suggerunt) tum addebat: Ne adincrescunt ignorantia mea; & multiplicentur delicta mea; & peccata mea abundant, gradatim, ignorantia, delicta, peccata.*

Psal. 36.  
D. Hieron.  
ex Hebr.

Et David: *Noli amulari in eo, qui prosperratur in via sua; in homine faciente iniustitias.* Hieron. ex Hebr. *Adversus virum, qui facit, quæ cogitat. Non potuit breviter absoluta hominis pravitas, & nequitia explicari: nullum enim facinus recusat, quisquis facit, quæcunque cogitat, quæque illi libido suggerit. De his idem Prop. Transferunt in affectum cordis, &c.*

Psal. 71.

Psal. 55.

Ab harum passionum tyrannide cupiens idem liberari, clamabat: *Miserere mihi, Deus, quoniam conculeavit me homo (hic vetus, passionibus mancipatus) tota die impugnans tribulavit me. Conculeaverunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes adversum me. Multi bellantes, inquit, quia videlicet hostis noster acerrimus est vetus hic homo: ac ejusdem milites, ac satellites multi sunt: nempe passionibus, ac cupiditates.*

Psal. 17.  
Tit. Psal.

Geneb. ibid.

De his Dei gratia devictis per abnegationem in Psalmo triumphali: *Diligam te, Domine, fortitudo mea, cui titulus est: In finem puero Domini David, quo locutus est Domino verba Cantici huius; in die, qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum ejus, & de manu Saul. Diligam te, Domine, &c. ejus gratia, & ope hostes subegi, &c. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos (qui me antea comprehenderant) & non convettar, nec pedem referam, donec deficiant viribus, adeo ut amplius valide non insurgant; Confringam illos, cædam, percutiam abnegatione, & mortificatio-*

ne; Confringam illos, nec poterunt stare. D. Hieron. ex Hebr. *Cædam illos, & non poterunt surgere. Felix: Vulnerabo, percutiam; Heb. confringam eos, & non poterunt surgere. Camp. Felix. Sic vulnerabo eos, ut subsistere non possint, corruent subius pedes meos. Tu pracinxisti me virtute ad bellum; & supplantasti insurgentes in me subius me. Camp. Tu undique cinxisti me robore, & gerentis bellis idoneum fecisti me, prosternebas enim, quotquot insurgere conabantur adversum me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum: Idem: Tu præbes mihi jugulum hostium meorum, & inimicos meos dissipas. Chald. Paraphr. Patronos inimicitia mea fecisti revertere terga in conspectu meo. Et comminuas eos, ut pulverem ante faciem venti, ut lutum platearum delebo eos. D. Hier. ex Hebr. *Ut lutum platearum proiciam eos. Alii pro. delebo, exinaniam, evacuo, Alii. effundam eos. Chald. Conculcabo eos. Me-taphora ducta à luto, quod congeritur, & extra viam eicitur: sic jam olim vivos hostes, motus, ac passiones, velut cadavera, in cumulos eiciam, & dispergam, &c.**

Abnegatio est pugna, quam quis secum exercet, interior sancta monomachia. *Se se abnegat. Hostes corporum externi sunt, ex quibus victoriam reportamus, externa, quæ infligunt, vulnera: ac sese abnegantium adversarii intus sunt: interna igitur abnegationis manu debellandi, ac configendi. Non alienus querendus est, qui feriat, ait Beatus Laurent. Justin. Intra nos armatus est hostis, videlicet prava cupiditas. Unde bella, & lites in vobis? nonne hinc, de int. conf. e. 8. ex concupiscentiis vestris, quæ militant in Jacob. 4. membris vestris? In nobis igitur, & omnino contra nos pugnare debemus: nihil est enim aliud abnegare seipsum, quam carnalibus desideriis, quæ adversus animam militant, reluctari, &c. Ideo Dominus ait: Abneget semetipsum; hoc est, secum pugnet, se vincat; insitam cupiditatem prosternat.*

Exod. 32. *Si quis est Domini, jungatur mihi. Congregatiq; sunt ad eum omnes filii Levi, quibus ait: Pone vir gladium super femur suum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum. Fecerunt filii Israel juxta sermonem Moysi. Ad hæc verba Am-*



D. Ambrosius  
epist. 6.

ba Ambros. epist. 56. Sanctiora, inquit, A  
ceteris ad hoc munus eliguntur ministe-  
ria Levitarum, quorum portio Deus:  
nesciunt enim suis parere, qui nihil scum  
norunt: quoniam Sanctis omnia Deus  
est: (Deus meus; & omnia; Franciscus  
subdit.) Est etiam ille Levita verus ul-  
tor, & vindex, qui carnem interimit, ut  
ferret spiritum, qualis erat ille, qui ait:

2. Cor. 9.

*Castigo corpus meum, &c.* Quid autem tam  
proximum, quam sunt passionis corporis?  
Eas in se Levita bonus interimit spiri-  
tuali gladio, quod est verbum Dei bis  
acutum, & validum. Nonne caro anime  
fraterno quodam copulatur consortio?  
nonne etiam menti nostre affinis, & pro-  
pinquus sermo est? Cum igitur compri-  
mimus sermonem, ne multiloquio in pec-  
catum incidamus, jus germanitatis ab-  
rumpimus, & fraternæ vinculum pro-  
pinqunitatis dissolvimus. Irrationabile  
quoque suum, tanquam cognatum, ra-  
tionabili vigore dilociat. Sic ergo Moy-  
ses docuit insurgere in proximos suos,  
per quos fides revocaretur, virtus impe-  
diretur, ut dissecaretur in nobis, quid-  
quid à virtute devium foret, confusum  
erroribus, vitis innexum. Hucusq; Am-  
bros.

Matth. 12.

*Regnum calorum vim patitur, & violenti  
rapiunt illud.* Hæc violentia est abnega-  
tio sui ipsius, in qua quis semper esse de-  
bet: nam, ut Clim. ait: Monachus (sic  
& perfectus Christianus) est perpetua na-  
tura violentia.

Clim.

Aug. serm. 1.  
de S. Ioan.  
Bapt.

Aug. serm. 1. de S. Ioan. Bapt. ad il-  
la verba, *Regnum calorum.* Non enim,  
inquit, sine violentia fieri potest, ut de  
abundantia: & deliciis ad famem, & si-  
tim, ad abstinentiam, & crucem quis  
transeat: iracundiam patientiâ, superbiâ  
humilitate commutet; & homo in virum  
transformetur perfectum, & quodam-  
modò alter reddatur ex altero: à talibus  
enim per violentiam regnum cælestis di-  
ripitur.

Abnegationis  
gladius semper  
stringendus.

Pugna hæc cum nobis ipsis perennis  
est, dum vivimus. Abnegationis arma  
deponere nunquam debemus. Gladius  
Crucis semper evaginatus tenendus est;  
inquit Cass. cum omni die mundus sese  
offerat cum delectationibus suis, & caro

Cass. l. 9.  
cap. 39.

incessanter spiritum impugnet. Ideo  
signanter ait Dominus Luc. 9. *Abnegat  
semetipsum; & mox: Tollat crucem suam  
quotidie.* Quotidie, ait: quia quotidie gla-  
dio abnegationis egemus.

Luc. 9.

Hinc Viris apostolicis imperatum il-  
lud: *Qui non habet gladium, eras, &c.* 2.  
Machab. ult. *Accipe sanctum gladium mu-  
nus à Deo, in quo delicias omnes adversarios  
populi mei Israel.* Israel, videns Deum,  
portio superior respiciens rationes æteri-  
nas: adversarii sunt appetitus sensitivi,  
concupiscentes adversus spiritum; hos  
gladius sanctus abnegationis deiciat.

Luc. 22.

2. Mach. 15.

Abnegatio est gladius ille anceps per-  
tingens usque ad divisionem anime, & spiri-  
tus; hoc est, secundum August. de spiri-  
tu, & anima, & Riccard. de extermina-  
tione mali, partis sensitivæ, & animalis,  
& partis spiritualis, ut scilicet spiritus sit  
in spiritu, ceu rota in rota, & non in car-  
ne. Sancta diviso, qua nulla major. Aug.

Hebr. 4.

D. August.

Riccard.

Hinc per Prophetam, *Maledictus, qui  
prohibet gladium suum à sanguine;* hoc est,  
maledictus qui hostes suos, affectus pra-  
vos, mortificationis gladio non insequi-  
tur, non cædit, sed vivere patitur, ac do-  
minari. Præmiserat: *Maledictus, qui facit  
opus Domini negligenter.* Opus Dei erat,  
inquit Isidor. Clar. in Schol. eliminare, &  
devastare Moabitæ: & qui hoc nego-  
tium negligenter agebant, malediceban-  
tur.

Ierem. 48.

Isid. Clar.

Pepercit Saul Amalec (Amalec. Heb.  
*Gens bruta,* passionibus, motusque brutales  
designat) & Agag, Regi pinguisimo,  
quem postea Samuel, verus abnegator, in-  
frusta conceidit: sed Saul, qui prohibuit  
gladium suum à sanguine, reprobatum est.

1. Reg. 15.

Hebr.

In libro iudicum: *Iebusæum habitato-  
rum Jerusalem non deleverunt filii Benjamin,  
habitavitq; Iebusæus cum filiis Benjamin in  
Jerusalem usque in presentem diem.* D. Bern.  
in Cant. Velis, aolis, intra fines  
tuas habitat Iebusæus: subjugari potest,  
exterminari non potest. Iebusæus est inata  
cupiditas, fomes, animi passio, unde tot  
eupiditates pullulant, insurgunt. Quid  
agendum? D. Bern. ad illa verba, *Tem-  
pus putationis advenit,* responderet, abne-  
gationis, mortificationisq; gladio uren-  
dum. Quis enim ita ad unguem omnia

D. Bern. ser.

58. in Cant.

Cant. 2.



à se superflua refecavit, ut nihil se habere  
 putet puracione dignum? Credite mihi,  
 & putata repullulāt, & effugata redeunt,  
 & reaccenduntur extincta, & sopita de-  
 nudo excitantur. Parum est ergo semel  
 putasse, sæpe putandum est, immo, si  
 fieri possit, semper, quia semper, quod  
 putari oporteat, si non dissimulas, inve-  
 nis. Quantumlibet in hoc corpore ma-  
 nens profeceris, erras, si vitia putas  
 emortua, & non magis suppressa. Velis,  
 nolis, intra fines tuos habitat Iebuseus.  
 Semper ergo tenere debes in manibus  
 gladios ancipites; facere vindictam in  
 nationibus, increpationes in populis, al-  
 ligare Reges eorum in compedibus, &  
 nobiles eorum in manicis ferreis, & face-  
 re in eis iudicium conscriptum, &c. Bene  
 autem Reges, etsi nobiliores in compedi-  
 bus, & nobiles, etsi Regibus minus nobi-  
 les in manicis, quia si passionibus, & affe-  
 ctiones bene constringuntur, facile sen-  
 sus mortificantur. Compedes passioni-  
 bus, manicæ sensibus.

*Psalm. 149.*

*In Vit. Pat. 2.  
 l. de form.*

*Senex quidā,  
 dum se mortuū  
 credidit in forni-  
 cationem in-  
 sidit.*

O felices, qui ad ultimum vitæ spiri-  
 tum sese constringunt, nec se, dum vi-  
 vant, mortuos credunt. Sic se mortuum  
 credidit in suam perniciem senex ille, qui  
 quam vivus tamen fuerit, audire. In Vi-  
 tis Patrum senex quidam erat in Scythia,  
 qui cum incurrisset in aegritudinem ma-  
 gnā; serviebant ei Fratres, & videns  
 senex, quia laborarent, dixit: Vado in  
 Ægyptum, ut solvam Fratres istos. Et  
 dixit ei Abbas Moyses: Non vadas, quia  
 in fornicationem incursum es. Ille au-  
 tem contristatus dicit: Mortuum est cor-  
 pus meum, & tu mihi ista dicis? Surgens  
 ergo abiit in Ægyptum. Quod cum au-  
 didissent homines circumquaque habitan-  
 tes, offerebant ei multa. Venit etiam ad  
 eum quædam virgo fidelis, volens obse-  
 quiū suū seni illi infirmanti impen-  
 dere. Et post aliquantulum temporis,  
 cum de aegritudine, qua tenebatur, mel-  
 lius habuisset, incurrit in eam, at illa con-  
 cepit, &c. Credite mihi, inquit Bernardus,  
 & putata repullulant, & effugata  
 redeunt, & reaccenduntur extincta. Er-  
 ras, si vitia putas emortua, & non magis  
 suppressa.

Suppressa certè putabat ille, de quo  
 Gregorius in Dial. In Provincia Nursia *Greg. 4.  
 Dial. c. 1.*  
 Presbyter quidam commissam sibi cum  
 magno timore Domini regebat Ecclesia.  
 Qui ex tempore ordinationis acceptæ  
 Presbyteram suam ut sororem diligens, *De eo, qui  
 vel animam  
 agens, dixit ad  
 mulierem ap-  
 propinquan-*  
 sed quasi hostem cavens, ad se propius  
 accedere nunquam sinebat, eamque sibi  
 mittens, ab ea sibi communionem fundi-  
 tem: *tem: Tolle pa-*  
 tus familiaritatis absciderat. Habent  
 quippe sancti Viri hoc proprium, ut quò  
 semper ab illicitis longè sint, a se plerum-  
 que etiam licita abscindant. Unde idem  
 vir, ne unquam per eam incurreret cul-  
 pam, sibi etiam per illam ministrari recu-  
 sabat necessaria. Hic ergo venerabilis  
 Presbyter cum longam vitæ impleisset  
 ætatem, anno quadragesimo ordinatio-  
 nis sue inardefcente graviter febre cor-  
 ceptus, ad extrema deductus est. Sed  
 cum eum Presbytera sua conspiceret, so-  
 lutis jam membris, quasi in morte disten-  
 tum, si quod adhuc ei vitale spiramen in-  
 esset, naribus eius apposita curavit aure  
 dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuis-  
 simus inerat status, quantulo admissa  
 valuit, ut loqui potuisset, in se vefcente  
 spiritu, collegit vocem, atque erupit, di-  
 cens: Recede à me, mulier, adhuc igni-  
 culus vivit, paleam tolle.

*Quòd possumus abnegare passio-  
 nes, sed non omninò  
 tollere.*

### PVNCTVM CIX.

DIVUS Hieron. refellit quorundam  
 errorē, qui hominem omninò apatheticum, hoc est, sine ullo prorsus affe-  
 ctu, & impassibilem requirunt in Chri-  
 stiana perfectione, statuuntque ultimum  
 perfectionis gradum impassibilitatem,  
 indolentiam quandam Stoicam, apathia,  
 carentiam affectuum, & passionum. Sed  
 hoc est hominem ex homine tollere, ait  
 Hieron.

*D. Hieron.  
 epist. ad Ctesiphon.*



Hieron. & in corpore constitutum, esse sine corpore. Passionibus, seu magis proprie pro passionibus usus est Christus, desiderio, tristitia, gaudio, &c. Humanas affectiones habuit Apost. hic perfectus, ille perfectionis regula, &c. Iob: *Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea aena est, &c.* En dolor in perfecto homine.

Iob. 6.

D. Ambr. lib. x  
de Iacob. c. 1.  
Passiones radicis auferri nequeunt.

Psal. 4.

Passiones, inquit Ambros. homo eradicare non potest: neque enim fieri potest, ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se temperet, indignationem cohibeat, ac puniendo se revocet. Sic & Propheta nos docet, dicens: *Irascimini, & nolite peccare.* Concessit, quod naturæ est, negavit, quod culpæ est.

D. Ambr.

Luc. 13. 7.

Quis vivens hanc viciatam arborem radicibus siccare valeat, nisi solus ille, inquit D. Ambr. qui potuit de infructuosa ficulnea dicere, hoc est, malitia Iudæorum: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non invenio, succidite, ergo illam.* Cui servus: *Dimitte illam & hoc anno usque dum, &c.* & si quidem fructum fecerit, sin autem succidas illam. Merito ad hominum retulit: quia excidendæ temporalis prolapsionis potestatem sibi ipsi vendicare non potuit, sed Domino referrebar.

2. Reg. 23.

David malam concupiscentiam mitigare potuit, sed non auferre.

David cupiditatem, qua concupierat aquam de lacu Bethlechem, hostili inclusam exercitu, sibi auferre non potuit mitigare. Nam cum essent reperti tres viii, qui hostium castra præciderent, & deferrent aquam, quam summo desiderio desiderasset, cognoscens, quod periculo alieno aqua sibi eadem constitisset; profudit illam Domino, ne sanguinem illorum, qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res iudicio est, quod concupiscentia quædam rationem præveniat, sed ratio cupiditati resistat. Humani itaque quid passus est David, ut irrationabiliter concupisceret: sed illud laudabile, quod irrationabilem concupiscentiam rationabiliter parato fraudaverit remedio, &c. Comparat deinde Ambrosii Heroium valorem in hac aqua comparanda cum virtute animi Regis, qui expertam, concupitamque aquam

D. Ambr.

profuderit, & hinc inferens, quod plus sit sibi ipsi, quam aliis inferre vim, concludit: Potest igitur mens sobria impressionem refrænare, ac reprimere, quamvis gravem passionem, & fervorem omnem cupiditatis flagrantissimæ refrigerare; derivare alio motus, & rectæ rationis tractatione despere passiones: Etenim cum Deus hominem constitueret, & in eo motus, sensusque plantaret, tunc motibus ejus imposuit regale mentis imperium, ut omnes sensus, motusque hominis ejus vigore, ac potestate regerentur.

Origen. hom. 9. in Exod. loquens de argenteis columnis tabernaculi: Tabernaculi, ait, in se ipso unusquisque potest formam explere. Columnæ argenteæ sunt patientiæ rationabilis: nam qui non sentit injuriam, & propterea non reddit, ista patientia. Iste ergo habet quidem columnas, sed non sunt argenteæ: qui verò propter verbum Dei patitur, & fortiter fert, iste argenteis columnis decoratus est, & munitus.

Origen.

Patientia rationabilis quæ.

Sat nobis est enascentes passionum pilos, ut Dominus præter erat leprosis abradere gladio, ac novacula abnegationis, si radicibus non possumus: neque enim eradicatores sumus cogitationum, ac passionum, ut dixit quidam senex in Viris Partium, sed luctatores adversus easdem.

Lev. 15.

Non uno anno, sed pluribus gens Hebræa, Chananæa, Amorrhæa à filiis Israël deleta est, nec penitus, cum superfuerit Iebusæus. Velis, nolis, intra fines tuos habitat Iebusæus, ait Bernard. *Non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestia agri.* Sensim per abnegationem delentur, non pariter, nec omnino in hac vita: penitus delebuntur, cum homo fuerit adeptus plenam promissionis requiem. *Ne forte multiplicentur contra te bestia agri.* O quot bestia, superbix, inanis gloriæ, jactantiæ insurgerent, si nihil adversi in se homo pateretur!

Deut. 7.

Datus est mihi stimulus carnis mea, Angelus Satana, qui me colaphizet, &c. ne magnitudo revelationum extollat me, &c. Per studium

2. Cor. 12.



studium abnegationis passiones paulatim mitemur, caervantur, &c. Sed non penitus, nec uno die delectur, extirpantur, necantur &c.

Lev. 21.  
Lyrano.  
Corn. à Lap.  
Tertull. l. 2.  
contra Marc.  
c. 7.  
Passiones non de repente, sed paulatim concipiuntur.  
Radulphus in i. uno loc.

In Levitico . eadem die mater cum filiis non immolabatur. Ex quo, ut uno sensu pietatem docemur cum Lyrano, Corn. à Lap. & aliis ex Text. sic cum plebisq; Patrib; quod comuni lege accidit, alio sensu inquit, matrem scilicet cupiditatem, (quæ delictorum omnium mater est) & delicta omnia simul, & semel non immolari, nec mactari posse. *Bos*, inquit, *vel ovis non immolabatur una die cum foetibus suis*. Tanquam diceret, ait Radulphus: Cum insurgentia contra vos vitiatorum certamina sustinetis, nemo terreatur, novi abscondita cordium vestrorum, imbecillitatem virium vestrarum, fieri non potest, ut una die mater cum foetibus immoletur. Exercitio abnegationis est opus, &c. paulatim, &c.

Concupiscentia relicta est ad certam. Pugna, inquit August. resiste, noli consentire, & impletur hic: *Post concupiscentias tuas non sis*; quia etsi quandoq; subrepunt, & usurpant sibi oculum, aurem, linguam, volaticam cogitationem, nec sic desperemus de salute nostra, ideo quotidie dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*.

Matth. 6.

Ubi notandum illud: Pugna, resiste, noli consentire, in quo ratio abnegationis huius consistit. Id, quod Dei gratia, præstare possumus, ut idem asserit. Plus, inquit, habet, virium mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quam ipsa concupiscentia carnis ad movenda membra carnis, si tamen Dei gratia adjuverit. Ob id scriptum est: *Sub te erit appetitus tuus, & tu domina-*

Gen. 4.  
Rom. 6,

Theoph.  
Haymo, &  
Cajet.  
Peccatum ne regnet.

beris illius. & Apostol. hortatur: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat concupiscentiis eius*. Ubi ex Theophylacto, Haymone, Cajetano, notanda proprietates verborum: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediat, &c.* Rex, inquit Theophylact. volentibus præsidet: non regnet ergo, hoc est, non pareatis ei, nec voluntate subiciamini ei. Cajetan. & Isidorus legunt: *Vs*

*obediatis ei in concupiscentiis eius*. Exigit ergo Apostol. ut peccatum non regnet in corpore mortali, non taliter excludendo à regno (cum hoc sit impossibile in hac vita) sed sic excludendo à regno, ut subtrahatur obedientia peccato secundum concupiscentias corporis. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*; ac si aperte dixisset: *Non exigo exterminari regnum peccati à corpore vestro, sed exigo subtrahi ei obedientiam; voluntariam scilicet obsecrationem in concupiscentiis corporis, ut quanvis corpus peccati concupiscat, vos tamen non obediatis peccato in huiusmodi concupiscentiis*.

Mox ut motus carnalis concupiscentiæ sentiuntur, exclamandum cum Jacob: *Ruben primogenitus meus non crevasc*. Hic est appetitus concupiscentiæ carnalis, qui initio vitæ pullulat in nobis; ait S. Bernard. hunc oportet reprimere, quem extinguere non possumus; ut quam citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur.

*Non regnet, Quinimò vos regnate, & pro viribus subicite concupiscentias vestras*.

*Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit bestiis terra, &c.* Ut conjuncta est imago, & similitudo Dei

dominio, ac imperio animalium! *Faciamus hominē ad imaginē, & præsit*. Per bestias terræ Basil. bellunos affectus intelligit: his imperare, his præesse debet. In te ipso, ait Basil. circumfers numerosam, & apprime turbulentam belluarum intemperientiam operam, huiusmodi bestiis ut imperes. Et D. August. similiter: *Quod, inquit, dictum est: Habere potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & reptilium omnium, rectè intelligitur figurative, ut omnes affectiones, & motus animi, quos habemus istis animalibus similes, subditos haberemus, & eorum dombaremur. Cum enim regunt isti motus, faciunt nos similes omni generi bestiarum: cum autem reguntur, mansuescunt, & nobiscum concorditer vivunt.*

Hoc est itaque abnegare se ipsum, suis passionibus imperare, propriis concupiscentiis non acquiescere, suos motus

inor-



inordinatos cohibere, insurgentibus ob-  
sistere, contra eisdem pugnare, eisdem  
perfectè mortificare.

In Vir. Pat. p. 2.  
Abbas Abra-  
ham ostendit,  
passiones vive-  
re, sed à sanctis  
Viris quodam-  
modo religari.

Ita certè. In Viris Patrum dicebat qui-  
dam de quodam sene, qui fuerat quin-  
quaginta annos neque panem comedens,  
neque aquam bibens, & dicebat, quia ex-  
tinxit fornicationem, & avaritiam, & va-  
nam gloriam. At verò Abbas Abraham  
audiens, quòd hæc dixisset, venit ad eum,  
& dixisset ei: Tu dixisti hunc sermonem?  
Et ille respondit: Etiam. Et dicit ei Ab-  
bas Abraham: Ecce intras in cellam tuam:  
& invenis super mattam tuam mulierem,  
potes non cogitare, quia mulier est? Et  
dixit: Non, sed repugno cogitationi meæ,  
ut non tangam mulierem illam. Dicit ei  
Abbas Abraham: Ecce igitur non interfe-  
cisti cogitationem, quia vivit passio ista,  
sed alligata est. Iterum si ambulas in via,  
& vides lapides, & testas vasorum, &  
inter ipsas jacet aurum, potes mente tua  
aurum, quod videres, velut lapides re-  
putares? Et respondit: Non, sed resisto  
cogitationi meæ, ne colligam illud. Et  
dixit ei Abbas Abraham: Ecce ergo vivit  
passio, sed alligata est. Et dicit ei iterum  
Abbas Abraham: Si audieris de duobus  
fratribus, quia unus diligit te, & bona de  
te loquitur, alius autem odit te, & detra-  
hit tibi, & veniant ad te, utrunque & quali-  
ter suscipies? Et dixit: Non, sed extorqueo  
animo meo, ut similiter beneficiam ei,  
qui me odit, sicut illi, qui me diligit. Et  
dicit ei Abbas Abraham: Vivunt ergo pas-  
siones, sed tantummodò à sanctis viris  
quodammodò religantur.

A batum, agitatùmque à ventis propria-  
rum passionum, nunquam nisi in suis mo-  
tibus quiescit.

Pulchrè, ac eleganter ille Parthen. Ma-  
rianæ lib. 1.

Quatuor adversis miscentur ut aquora  
ventis,

Eoo, Zephyro, Libyco, gelidòque Aquilone,  
Sic totidem nostras ingenti turbine mentes  
Subverti furis, pectusque in pralia mitti.  
Spes leviat erectos, metus alto à vertice flu-  
ctus

Dejicit, hinc animum pulsat furibunda vo-  
luptas,

Inde dolor, fluctus ceu fluctibus altum  
Clamorem ingeminat, piceis abscondita  
nimbus.

Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.  
In quantum tribulationem deveni, dice-

bat ille, & in quos fluctus tristitia, in qua  
nunc sum, qui jucundus eram, & dilectus in  
potestaste mea!

Impij (Interlin semper irati, ac turbati)  
quasi mare fervens. Hebr. Velut mare tempe-  
state agitatum, quòd quiescere non potest, sed  
redundant fluctus ejus. Septuag. Impij autem  
semper fluctuabunt, nunc spes, nunc timore, Septuag.  
nunc odio, nunc amore.

Et ecce quatuor venti pugnabant in mari Ricc. de S. Vict.  
magno, & quatuor bestia grandes ascendebant lib. 3. de cruciat.

D de mari. Ubi Richard. Quid per mare, nisi inter hominis  
cor instabile? quid per vètos nisi animi pas-  
siones? Quid per bestias, nisi bestiales mo-  
tus, & irrationabiles impetus designan-  
tur? Quatuor venti, quatuor præcipue  
passiones, quæ dum agitantur in mari cor-  
dis, nunc bestiam unam, nunc alteram  
excitant, nunc lænam insolentia, ac ira-  
cundia, nunc ursum luxurie, nunc par-  
dum hypocrisis, & fraudulentia, nunc  
bestiam, quæ decem cornua habet, hoc  
est, præceptorum ipsorum omnium trans-  
gressionem. O bestia in mari magno!  
Quis imperet hisce ventis? Quis  
feras edomet? Et ecce, inquit, evulsa  
sunt ala ejus, & supra pedes quasi homo stetit,  
& cor hominis datum est ei. Quidnam est  
evellere alas, nisi mortificare passiones?  
Tunc mare quiescit, bestia silent, venti  
non essant. Surgens (imperio rationis)  
imperavit ventis, & mari, & facta est tran-  
quillitas

Parthen. Mar.

1. Macc. 6.

Isa. 57. 20.

Dan. 7.

Ricc. de S. Vict.

lib. 3. de cruciat.

e. 1. & seq.

Passiones venti

sunt cor exa-

gitanes.

De perturbationibus passio-  
num.

PUNCTVM CX.

Matth. 2.

Et ecce motus magnus factus est in mari.  
Est hic mysticè motus passionum in  
mari cordis humani, & præcipue pecca-  
toris, qui semper ceu mare ferum, ac tur-  
Speranza Scripturae selecta.

St quillitas



quillitas magna. Sed si passiones non sunt A  
fracta, o tempestatem!

D. Ambr. in  
Apolog. David  
Psal. 106.

Ambros. Magnam faciunt tempesta-  
tem multitudines cupiditatum, & veluti  
in quodam freto corporis navigantem  
animum hinc, atque inde perturbant.  
Ascendunt usque ad calos, per spem inanem,  
descendunt usque ad abyssos, per desperatio-  
nem. Anima eorum in malis abascebat.

Jonas.

Inanis passione timoris Jonas fugiens  
à facie Domini mari se committit, navim-  
que conscendit, quò propriam existima-  
tionem non amittat, & ecce mare eam  
incipit tempestatem commovere foris.  
quam ipse miser patiebatur intus. Heu  
qui fluctus feci maris! Pelagus operuit ca-  
put meum, ad extrema montium descendi. Et  
quoniam non regulatus erat timor, dum  
Dei offensam, ac inobedientiam timen-  
dam non timebat, omnia in eum com-  
movit Deus: Ecce (inquit Greg. in Mo-  
ralibus) Jonam fugitivum Dei tempe-  
stas invenit, fors ligat, mare suscipit, bel-  
lua includit: & quia Authoris voci obe-  
dire renititur, ad locum, quo missus fue-  
rat, suo carcere reus portatur. Et mare i-  
bat, (Interlin. ad nutum Dei persequens  
fugitivum) & intumescebat super ois. Gloss.

Jonas duplici  
tempestatio  
agitabatur.

Greg. 6.  
Mor. 12.

Gloss.  
Interl.

Hebr.

Ostendens ultionem Creatoris non pos-  
se diffire: Et navis periclitabatur conteri.  
Hebr. Et navis cogitabat conteri. quasi dicat  
sensatam quodammodò se faciebat: pi-  
scis, venti, omnia contra eam consurgunt,  
quo deposito inani timore sonam Dei ti-  
morem conciperet, & ad tranquillitatem  
internam perveniret. Sic ubi seipsum re-  
gnavit, Stetit mare à furore suo.

Reg. 20.

Quàm tempestuosum mare cor Regis  
Saul, ex passione odii, quo David prose-  
quebatur. Rex exercitum in eum movet,  
ad mortem persequitur, infelicitor secum  
agiarbitratur, si æmulus vivat, eoque  
devenit insanix, ut Jonatham filium re-  
gni successorem, quia pro David loquu-  
tus est, penè trans verberarit. Quid eum  
vis occidere, cui regnum vis stabilire?  
Mare turbatum est servus suarum passio-  
num aliis imperabat, sibi ipsi non impe-  
rabat.

Proverb. 6.

Melior est patiens viro forti, & qui domi-

natur animo suo, expugnatore urbium. For-  
tior quidem David, dum à corde Saul ab-  
stinuit, inquit Chryl. quàm cum Gigan-  
tem prostravit, quia tunc seipsum victo-  
rem Gigantis vicit.

Ut sunt aliqui impotentes iræ! ut se-  
iplos cohibere nequeunt! Sed quid dico,  
nequeunt? Nolunt certe nolunt. Sub te erit  
appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Chal.  
In manum tuam tradidi potestatem concupi-  
scentia tua, & tu dominare ei, si ve ad bo-  
num si ve ad malum. Melius dici non po-  
test, si ve ad malum quasi dicat, passiones  
malæ non sunt, utere eis, impera eis, &  
erunt bonæ. Et tu dominaberis illius; hoc  
est, dominari potes: talis est vis, & impe-  
rium voluntatis.

Sententia cujusdam Sancti: Quicquid  
toto corde, tota intentione, toto dehe-  
rio vis, id est certissimè. Vis toto corde,  
& efficaciter mansuetudinem? mansue-  
tus es: castitatem? casti ses. D. August.  
Quid est, quòd imperat animus, ut mo-  
veatur manus, & tanta est facilitas, ut  
vix à servitio discernatur imperium? Im-  
perat animus, ut velit animus; nec alter  
est, nec facis tamen unde hoc monstrum?  
Concludit: Sed non ex toto vult. Gratiam  
presupponit.

Ideò de sua matre: Noverat hæc non  
resistere irato viro, nedum factis, sed ne  
verbis quidem, Hæc ex toto volebat.

Humiliatus sum, & filius à bonis. Ubi O-  
rigen. Vel à bonis, inquit; quia cum frater  
amarulento est animo contra me, etiam  
bona verba fiteo, ne vel illi ignem suæ  
perditionis inflammem.

Præstantissimum iræ remedium. Ca-  
ve, ne loquaris contra Jacob quicquam durius.  
Hebr. Carve tibi, ne durius loquaris quic-  
quam contra Jacob à bono usque ad malum.  
Quid? non intelligo. Ne malum loque-  
retur; quod justus est, rectè sanè: sed nec  
etiam bonum? Nihil omnino, dicere ei  
debit, quia erat iratus Esau.

Ecce rideo in opprobriis, in memetipso sci-  
licet, & non loquar, nec respondebo convitiis  
vestris. Sic damus locum iræ, nec susci-  
pimus furorem, qui dum suscitatus est,  
heu quicquid suggerit, inquit Gregor.  
rectum

Gen. 4.  
Chal.

Passiones nulla  
malæ, si rectè  
utaris.

Homo id omne  
est quicquid  
serio cupit.

Aug. 8.  
Confess. 9.  
Animo manus  
facilior, quàm  
animus ob-  
temperat. Cur?

9. Conf. 9.

Psal. 38.

Iræ tam nec bo-  
nis verbis ap-  
pella.

Gen. 31.

Hebr.  
Iræ præstant  
remedium.

Iob. 19.



Saul impotens  
ira.

1. Reg. 24.  
Chryf. hom. de  
Davide, &  
Saul, tom. 1.  
David stre-  
nuus domi-  
natus,

rectum putat. Patet in Rege Saul, qui ex  
suggestione furoris rectum putavit vel  
propriam innocentem filium occidere,  
verè impotens ira.

At non sic David, qui tam rectè nove-  
rat propriæ resistere passioni. Irritabant  
illi: *Ecce dies, de qua loquutus est Dominus  
ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, ut fa-  
cias ei, sicut placuerit in oculis tuis.* Ubi egre-  
giè suo more Chrysofom. oblatam ultro  
occasionem, vimque tentationis hujus  
perpendit. Vidisti, ait, tensa retia, vidisti  
venatim insidiantè, vidisti venatorè erectù,  
vidisti omnes adhortantes, ut ense in  
hostis pectus immergeret? Nuac mihi  
specta philosophicam animi moderatio-  
nem, specta luctam, victoriam, coro-  
nam. Spelunca illa campus erat, luctatus  
est David, pugilem egit iracundiam, Saul  
certaminis materiam, agonizhetes Deus.  
Quin potius non ipsi modò adversus se-  
ipsum erat prælium, sed adversus com-  
militones: etenim si voluisset parcere  
Sauli, consentaneum erat, ut illos metue-  
ret, ne ipsum trucidarent in spelunca.  
Probabile est enim ipsos dixisse: Errones,  
exulesque facti sumus domo, patria, cæ-  
terisque omnibus excussi, & omnium  
difficultatum tuarum consortes sumus:  
& tu horum auctorem, in manus tradi-  
tum cogitas dimittere ne nobis unquam  
liceat respirare? Si tuam salutem negli-  
gis, nostræ vitæ parcas, &c. Verùm ni-  
hil horum justus ille apud se perpende-  
bat: unum spectabat, quomodo posset  
redimiri tolerantiæ corona. Allegant rus-  
sum milites divinam auctoritatem:  
Deus, inquiunt, illum tradidit, quò  
promptius iret ad homicidium. Non e-  
nim, inquiunt, vicem tuam ulcisceris,  
Deo subservis, ejus minister es, istius  
sententiam comprobas. Sed quò magis  
hæc illi dicebant, eò magis hic pepercit  
hosti: intelligebat enim, quòd Deus id eò  
traderat eum, ut ipsi majores occasio-  
nes probandæ virtutis suppeditaret. Ait  
ergo: Rex est, qui præsentiam in nos su-  
scipit. Christus Domini est, non ab hu-  
mano honore, sed à cælesti judicio sum-  
pto honorifico testimonio. Contemnis

A conservum tuum? sed reverere Domi-  
num: aspernaris electum? metue eum,  
qui elegit, &c. Non pepercit tantum, sed  
& exultationem pro eo composuit: nec  
permisit, ut alii occiderent; sed perinde  
ac si aliquid depositum suæ fidei creditum  
accepisset, pro quo rationem esset reddi-  
turus, non attingit, alios coercuit, satel-  
les optimus, & corporis custos pro hoste  
factus.

B Et homin. sequenti, cui titulus, Quòd  
David magnificentius trophæum exerce-  
rit pariendo Sauli, quàm prostrato Goli-  
athi: Egressus est, ait, David liberis dein-  
ceps oculis cælum intuens, ac tum tem-  
poris magis exultans, quàm cum Goliath  
dejecisset, & Barbari caput ampu-  
tasset: siquidem hæc magnificentior erat victo-  
ria, hæc magnificentiora spolia, hæc præ-  
da illustrior, hoc gloriosius trophæum:

C rediit enim non Barbari illius caput ge-  
stans sed animi commotionem mortifica-  
tam, sed iram enervatam. Neque hæc  
spolia reposuit Jerosolymæ, sed in cælo,  
inque superna illa civitate. Nunc haud-  
quaquam in choris obviam veniebant  
fovine excipientes illum cum laudibus,  
sed angelicus populus è sublimi applau-  
debat admirans ejus philosophiam, &  
humanitatem. Egressus est è spelunca

David illu-  
strior redijt  
non occiso Saul  
lo, quàm à tru-  
cidato gigante.

Dan. 3.

D tanta cum gloria, cum qua tres pueri e-  
gressi sunt è camino ardente: nam quem  
admodum illos non excussit ignis: ita hic  
non conflagravit iræ incendio. Et illis  
quidem foris nihil ignis, in quo versa-  
bantur, nocuit: hic verò cum intus habe-  
ret carbonem accensum, cum foris videret  
Diabolum caminum incendente, id è  
variis modis ab inimici conspectu, ab ex-  
hortatione militum, à facilitate perficendi  
eandem, à solitudine eorum, qui Sauli

Et quàm illi  
tres pueri à ca-  
mino ignis.

E possent auxiliari, à præteritorum memo-  
ria, à futurorum periculorum metu: si-  
quidem hæc & firmamentis, & stipulis, ac  
cæteris omnibus, quibus caminus ille Ba-  
bylonius incendebatur, lucidiorem exci-  
tabant flammam: tamen non exarsit Da-  
vid, neque ullo pacto sic fuit affectus,  
quemadmodum consentaneum erat ho-  
minem affici tot modis irritatum, sed  
exivit purus, &c.

Sf 2 Noverat,



*Pfal. 56. Hosti parcens. Inurea dignus. D. Hieron. Vatabl. Alij. Titelm.*

Noverat, quod qui parcat hostibus, dignus est coronari. *Pfal. 56. pro titulo habet: Ne disperdas. David in tituli inscriptione, cum fugeret a facie Saul in spelunca. D. Hieron. Victori, ut non disperdas David. Vatabl. Ne perdas insignem aureolam Davidis. Alii: Ne corrumpas tituli inscriptionem. Sermo est ad hortatorem vindictæ: Ne mihi coronam, inquit, quam parcendo, ac quiro, dum non parco, subripias. Ne, quæso, hanc insignem aureolam tollas. victoriâ hanc mihi, non invidias.*

*Chryf. ho. sup.*

Cæterum ne dicas, id non fuisse philosophiam, sed stuporem, considera quàm vehementer exasperatus sibi temperavit siquidem quod iracundiæ fluctus in animo illius intumuerint, multaque cogitationum jactatio concitata fuerit, sed eam tempestatem refrænarit timore Dei, animosque represserit, ex iis, quæ facta sunt, perspicere licet. *Surrexit, inquit, & abstulit oram chlamydis Saulis clanculum. Vides, quanta ita tempestas coorta fuerit? At non processit ulterius, neque fecit naufragium, eò quod gubernatrix illicò sentiens periculum, videlicet pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. Percussit enim, inquit, David cor ipsius, ac velut equum subsilentem, ac ferocientem revocavit iram.*

*Prov. 17. 6.*

Hic, hic verè fortis. *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Quàm verè sacer ille Va-*

*Boer. de Consol. lib. 3. metr. 5.*

*Quis se vult esse potentem,  
Animos domet ille feroces,  
Nec victa libidine colla  
Fœdis submittat habenis:  
Etenim licet Indica longè  
Tellus tua jura tremiscent,  
Et seruiat ultima Thules  
Tamen iras pellere curas,  
Miserâsque figurare querelas  
Non posse, potentia non est.*

*Sen. 12. de ira, ca. 35. Aristot. 4. Ethic. 3. Animo pusillo est, qui verbi duriusculi impatiens.*

Hinc moralis ille: Senex, aut infirmus corporis est, qui cum ambulare vult, currit: sic infirmus animi est, loqui solum velle, & mox irasci. Quo sensu Philosophus dixit in Ethic. Sicut debilis stomachi est, cibum duriores non posse concoquere:

ita pusilli animi est, verbum duriusculum non posse sustinere. Ut sustinuit David, ut fortis, ut magnanimus? Verè Rex.

*Quærit Augustin. cur nulli alii ex tot, tantisque Regibus in genealogia Salvatoris, Regis titulus tribuatur, præterquam uni David. Iesse autem genuit David Regem: David autem Rex genuit Salomonem. Annon Rex Salomon? Annon Reges tot alii? Utrique, sed hic præcipua ratione Rex, inquit Aug. qui non hæreditaria successione, sed propria virtute, ac merito regnum sibi comparaverit. Quid ipse Saul sensisse videretur, dum perfecta virtute David, quâ sibi ipsi valuit imparare & se semetipsum regere, Et nunc scio, inquit, quod certissime regnaturus sis. q. d. Hæc tui animi virtus est imperio digna. Fateor, fateor, eum, qui sibi imperare noyit, dignum esse, qui & aliis imperet: Certissime regnaturus es.*

*C.*

Hinc in sui omnes, subdit Chrysof. non jam ut homini, sed ut Angelo parebant, visâ nimirum humanitate in eum, à quo ipse tam inhumaniter exceptus est.

Quàm benè ut Angelo! Angelicum quippe vultum præsefererat. Sic alias Techuitis: *Sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione morietur. Et Rex ille Achis: Iratus damonibus, quia es tu sicut Angelus Dei. O quam econtra irascens non angelicum, sed diabolicum vultum præsefert! De inimicis meis iracundis, antonomasticè, Dæmonibus. Hinc ira est veluti malorum, scele- rumque omnium periphra- sis. Si fuerit iratus, dixit verè David, scito quia completa est malitia ejus. Et Eccl. Ira in sinu stultorum requiescit. Chald. Ira in sinu stultorum quiescit, quoad perire faciat eos.*

*D.*

Quid miraris? Audi, si inter fratres subintret iracundia, quid mali non efficit? Heu! heu! Quid hæc iracundiæ flamma non comburit? Ira Græcè, *Flamma. Ut eam pertimuit Jacob, ne filios, nedum frumenta combureret? Filii, inquit, ne irascimini in via. Nihil aliud? Hoc solum, quasi dicat. Si irascimini, nec unus revertetur.*

*E.*

Pater in Gen. *Iratus est Cain vehementer.*

*Gen. 4. Mox.*

*August.*

*Matth. 1. David sua virtute rex.*

*1. Reg. 24.*

*D. Chrysof. David angeli similis visus.*

*2. Reg. 14. 2. Reg. 29. Iratus damonibus similis.*

*Psal. 17. Ira omnium malorum periphra- sis. 2. Reg. 10. Chald.*

*Græcè.*

*Gen. 45.*

*Gen. 4.*



*Iratius nec pa-*  
*ventibus defert,*  
*nec fratribus*  
*parit.*  
*Gen. 49.*

*Iratius ab insa-*  
*nonomni tempore*  
*differet.*  
*Eph. 4. 26.*  
*Ios. 10.*

*Ira morbus*  
*gravissimus.*

*Symmac.*  
*Aquila.*  
*Hebr.*  
*Vatabl.*  
*Vultum hu-*  
*manum mirè,*  
*ac variè trans-*  
*format.*  
*Philo. l. 2.*  
*Allegor.*  
*Adversus ira-*  
*pectus arma-*  
*tum offibus.*  
*Exod. 28.*

*Iob. 36.*

*1. Reg. 19.*

Mox fratrem è medio sustulit. Iratus fra-  
tri parceret? Absit: nec patri ignoscit.

*Simeon, & Levi, fratres, vasa iniquitatis*  
*bellantia. In consilio eorum non veniat anima*  
*mea. Quid Pater fugis à filiis, filios perti-*  
*mescis? Immo, Quia in furore suo occiderunt*  
*virum, q. d. Irati & me occiderent.*

Non enim distinguit iratus, nec alia  
passio à se ipso hominem alienat magis.  
Hinc Philosophus: Iratus ab infano tem-  
pore dun taxat differt. Et alius: Ira est fu-  
ror brevis. Hinc Apostol. *Sol non occidat*  
*super iracundiam vestram.* Ubi moraliter  
Patres per Solem intelligunt rationem,  
hoc est, Sol rationis non occidat, non ob-  
scuretur ab iracundia vestra: vel juxta  
Theophylactum, ut tempore Josue, Sol  
rationis non antè occumbat, quàm hos-  
tes, motus irascendiæ, expugnentur.

O morbum iracundiæ! ô quàm gravis  
est, Fratres! Is morbus est gravissimus,  
inquit Hippocrates, qui faciem ægro-  
tantis quàm maximè mutat in divinum.  
Quid ais, ô David, de hoc morbo? *Con-*  
*turbatus est in ira oculus meus, anima mea,*  
*& venter meus.* Symmac. *Languit oculus*  
*meus.* Aquila: *Squalluit, & æstuavit.* Hie-  
rom. *Calligavit.* Hebr. *Thæa corrosus est,*  
*& depastus.* Vatabl. *Vetusta facta est facies mea.*

O mutationes!  
Cohibenda itaque ira est, ac imperio  
rationis sedanda. Philosophi collocant  
iram in pectore: & ideò, inquit Philo, ne  
disrumpat, naturam præmuniisse partem  
densis ac fortibus ossibus. Præterea quæ-  
libet in suo rationali, & pectore, Aaronis  
iustar, Veritatem, & Doctrinam gestare  
debere, ut nimirum non sinat iram effe-  
ri absque iudicio, doctrinâ, & veritate.  
Hi certè non futunt, non turbantur, sed  
ceu mare pacatum tranquillè sunt, Eliùs-  
que præceptioni parent, qui ait: *Non te*  
*ergo superet ira.* Et hi lænæ alas evulse-  
runt.

Non sic alii, quibus alia dominantur  
passiones. Heu futis incessi feror! dice-  
bat misera illa à suis effrenatissimis pas-  
sionibus agitata.

Annon & ille Annon furebat, dum  
propria sororis adeò turpi insaniebat a-

A more, ut propter amorem ejus agrotaret?

Quenam furia agitabant miserinos  
illos senes, qui sub ea canitie nive tan-  
tam luxuriam flammam nutriebant, ut Scri-  
ptura intensissimum illum amorem, dolo-  
rem vocet? At ex his passionibus, ad quas  
alias miseri passiones devenerunt? Ille ad  
immane odium, hic ad animi amatorem:  
*Sub schimo, & sub pruno, arboribus amaris-*  
*simis, ac pungentibus. O fluctus feri maris*  
*despumantes suas confusiones.* Hic est urfus  
ex mari: Sequitur pardus.

At ambitiosi quibusnam undarum cur-  
is agitantur? Chrysoft. Ut sævi quidam  
venti in tràquillum mare delati totum ab-  
imo subruunt, sic & ambitio omnia sub-  
vertit. De Absalone: *Cum accederet ad eum*  
*homo (additum ex Hebr. & incurvabat se*  
*illi) ut salutarer eum, extendebat manum*  
*sua, & apprehendens osculabatur eum, &*  
*sollicitabat.* Hebr. *& surabatur corda viro-*  
*rum Israel.* O perverfam, ô sacrilegam  
ambitionem! Corda, quæ Deus sibi po-  
stular, tu furaris?

Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dex-  
teram tuam, & unus ad sinistram in regno  
tuo; ut videlicet in filiis & ipsa possim im-  
perare. Honoris appetentia, error hære-  
ditarius. Ambr. Ambit, ait Maldonatus  
(etsi venialiter) veluti morituri hominis  
hæreditatem, & aviditate foeminea, præ-  
sentia cupit, immemor futurorum.

Nonne & mulieres impetrandæ avi-  
dæ? O quantum! Primæ meminertis, de  
qua Moyses Barcepha. Quæres, inquit,  
cur Eva non vocarit Adamum, ut is prior  
ederet? Nimirum transformati ipsa prior  
cupiebat in Deum, virum que suum Divi-  
nitare antevenire, qui se humanitate præ-  
cesserat ut hac administrationem rerum  
præ illo, atque imperium obtineret. Exi-  
stimabat enim, simul atque gustaret, à ve-  
stigio in Deam se transformatam in pro-  
fallacis serpentis consilio.

Athalia quid? Nonne ut sola impera-  
ret, omne semen regium interfecit, quæ  
potuit?

Modò imperet, (ajebat & illa apud Ta-  
citurum) matrem occidat. Propriis verbis:  
Occidat, dum imperet.

*Dan. 13.*

*Chryf. ho. 43.*  
*ad pop. Antioch*  
*2. Reg. 15.*  
*Ambitio om-*  
*nia subvert-*  
*it.*

*Hebr.*

*Matth. 20.*

*D. Ambros.*  
*Maldon.*

*Moy. Barcep.*  
*l. 1. de Parad.*  
*p. 1. c. 28.*

*Ambitio fecit,*  
*quod Eva prior*  
*de fructu veti-*  
*to comedit.*

*4. Reg. 11.*

*Chartus. ibid.*  
*Cor. Ann. 14.*

¶ 3; Quid.



Gen. 25.  
Grac.  
Ambros. de  
Isa. c. 4.  
Aug. 16. de  
Civ. 35.  
Schol. apud  
Sym.

Ambitiosus  
Esau, vel in  
utero matris.  
Hugo Card.  
ibid.

1. Cor. 13.  
Gracè.

Ambitio Innos  
bifrontes facit.  
Esther. 6.  
Ambitiosus  
in somnis.

Iob. 2. 6.  
Greg. ibid.  
Bern. l. 1. de  
Consid.

Matth. 4.  
Ambitio ut  
dominetur, an-  
te servit.

Corn. Tacit.  
hist. 1.

Ambitiosus in  
medio laqueo-  
rum ambulat.

Quid, quid vel utero Esau primatum  
ambiebat? Collidebantur in utero eius par-  
vuli. Gracè, *ixierunt, saltabant, seu val-  
de exultabant*. Sic Ambros. Et August. ge-  
stiebant, ut scilicet ad primatum se exten-  
derent Schol. apud Symmach. *colluctaban-  
tur. Rasas, Hebr. confringebantur*, ut ille sibi  
indebitum, hic sibi debitum, vim vi re-  
pellens, vendicaret. O quor in aulis, ne  
dicam in Ecclesiâ cum Hugone, exultant. B

*Charitas non est ambitiosa.* Gracè: *Non se  
mutat in varias formas.* Sic Basilius. Quasi  
idem sit ambitio, & mille induere formas.  
O aulicos, quos non aulicos, sed bifron-  
tes Janos possumus appellare!

Quis aulicorum referat passiones? Pau-  
per, infelixque Aman, dormientibus aliis,  
vigilabat. Sic nocte illa, dum Assuerus  
vigilia vexaretur: *Quis est, inquit, in a-  
trio? Aman, inquit.* Quid infelix, pri-  
mus in aula Regis, nec nocte dormis? Ah  
timeo, ne vel nocte quis mihi Regis gra-  
tiam subripiat, propterea hic vigilo.  
Cruore ventos emimus, acutè, & verè  
inquit ille.

Huc optimè facit illud Job: *Gigantes  
genuit sub aquis.* Ubi appositè Gregorius:  
Elati omnes, dum in hac vita assequi ho-  
norum celsitudinem cupiunt, sub ponde-  
ribus populorum genuit. Hinc Bernardus.  
Nihil est in hac vita laboriosius, quàm  
desideriis terrenis æstuarè. Uade exclam-  
at: O ambitio ambientum crux, quo-  
modo omnibus places, omnes torques!  
Et nihil acrius cruciat, nihil molestius in-  
quietat? Sic Ambros. ad illa verba: *Hac  
omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Ha-  
bet, inquit, hoc ambitio domesticum pe-  
riculum, ut enim dominetur aliis, prius  
servit.

Nec dicat Otho protendens manus (in-  
quit Tacitus Historiarum primo) adorare  
vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter  
pro dominatione.

Ad aulicum mundi servitio maucipa-  
tum, quàm verè dici potest: *In medio la-  
queorum ingredieris?* Laquei quippe in o-  
culis, quibus alterius: videns felicitatem,  
suo invidet, laquei in auribus, in lin-

gua, &c. *Communionem mortis scito, quo-  
niam super dolentium arma ambulabis.* Græc.  
Eccl. 9.  
cè. *Super pinnacula civitatum (& templo-  
rum) ambulabis.* Grac.

*Si cadens adoraveris me.* Pulchrè Cypr. Matth. 4.  
En præcipitium exigit, qui tanti se facit  
nondinatorem eulminis. Tolluntur in al-  
tum ut lapsu graviore ruant. Bernard. in  
illud Evangel. *Ecce nos.* Age ergo, ascen-  
dat superbia tua semper, sequere Regem  
tuum. Omne sublime videant oculi tui.  
Festina multiplicare præbendas, inde ad  
Archidiaconatus evola, demùm aspira  
ad Episcopatum, ne ibi quidem requiem  
habiturus, quoniam sic itur ad astra. Quò  
progredieris, miser? An ut ab altiori gradu  
sic casus gravior? Sic ad eum fatum Bernar-  
dus, qui indebitum sibi assumit hono-  
rem, nec vocatur à Deo, tanquàm Aaron.

Dignitas oblata, inquit Cyprianus, pe-  
riculosa, quæ sita peremptoria. Et Bern.  
Qui pro se rogat, jam judicatus est. Unde  
Greg. Sed inter hæc quid sequendum est,  
quid tenendum, nisi ut virtutibus pollens  
coactus ad regimen veniat, virtutibus  
vacuus, nec coactus accedat?

De Sancto Cornelio idem Cyprianus:  
Episcopatum, inquit, nec postulavit, nec  
invasit, non ut quidam, vim fecit, ut Epi-  
scopus fieret, sed ipse vim passus est.

*Domine, si tu es,* (ait tunc Petrus, cum  
Christum super mare ambulantem vidit)  
*jube me venire ad te super aquas.* At ipse ait:  
*Veni. Mox: Domine, salvum me fac.* Quid!  
Etiam concessa, ac obtenta à Christi ma-  
nu, tanta dignitate securus non gaudes?  
Chrysol. Petrus, cum per æquora divinos  
imitatur incessus, & novus viator molle  
iter duris gressibus calcet, antè de lapsu  
supplicat, quàm gaudeat de donato. Quid  
formidinis, quid periculi perambulanti-  
um mare hoc magnum honorum, ac di-  
gnitatum solo mundi hujus Principum  
jussu? sola Principum manu suffultorum?

Sed ò cassum ambientium, auramque  
Principum captantium, laborem! His  
quadrat illud: *Per totam noctem laborantes  
nihil cepimus.* Nihil aliud quotidie faciunt,  
quàm quòd rete ambitionis ad auram, ad  
muscam captandam expandunt: nam  
telas

Bernard.  
Ambitiosus il-  
lignitatum se-  
quitur regem  
suum.

Dignitas que-  
sita perempto-  
ria.

Cyprian.  
Bernard. ad  
Eug. 4.

Greg. l. 1. cura  
past. c. 9.

Cyprian. 4.  
epist. 2.

Matth. 14.

Petro pericu-  
losa.

Chrysol. ser. 99.

Luc. 5.  
Aulici telas  
arancarum et  
venatum  
texunt.



Isa. 59. *velas aranea tanto viscerum impendio te-  
xerunt, sed opera eorum inutilia. Nihil ce-  
pimus*

Prov. 12. *Non inveniet fraudulentus lucrum suum.*  
Septuag. *Non assequetur dolosus venationem  
suam. Ubi pro fraudulento, & doloso, Be-  
da ambitiosum intelligit.*

Psal. 54. *O quam melius in spem Dei sua laxa-  
re retia! Iacta super Dominum curam tuam.*  
Hebr. *Iacta in Dominum spem tuam.*

Psal. 83. *In hanc sua David retia laxaverat: Elegi  
abjectus esse in domo Dei mei, magis quam,  
& c. Hebr. Elegi abjectus esse ad limen Dei mei;  
hoc est, potius janitor, aut mediastinus  
in domo Dei, quam primus in aula  
Regum. Sic hora mortis, dum retia col-  
liguntur aliquid, captum est.*

Ecc. 4. *Non sic ille, qui post suas concupiscen-  
tias, ac passiones perambulans, Laborare  
non cessat, nec satiantur oculi eius divitiis, nec  
racogitat dicens: Cui laboro, & fraudo animam  
bonis? Hi cognoscunt, sed sero, suam vani-  
tatem, & nihil: Vanitas vanitatum, & o-  
mnia vanitas. Ex Hebr. Nihil, & nihil, &  
omnia nihil. Per rotam nocte laborates ni-  
hil cepimus. Et ecce univ. vanitas, & as-  
fuctio spiritus. Alii, & passio venti.*

Ecc. 1. *Maledictio in quosdam, qui a Dei servi-  
tio, ac religione recedunt, ut mundo de-  
serviant. Et ejiciam vos de terra hac (sancta)  
in terram, quam ignoratis (aulam) & servie-  
tis ibi Dñs alienis die, ac nocte, qui non dabunt  
vobis requiem. Hebr. Misericordiam.*

Item, 6. *O quam verè! De justo, ac homine mi-  
sericorde in Proverb. Novit justus etiam  
jumentorum suorum animas. At de impiis  
ibidem: Viscera autem eorum crudelia.*

Hebr. *Hinc apparet, quàm vana sit aulico-  
rum fiducia. Job: Et sicut tela araneorum,  
fiducia ejus. Miser ille sese eviscerat, & o-  
mnia consumit. Innitetur super domum suam,  
& non stabit, succiet eam, & non confurget.*

Job. 2. *Verè, verè, ut domus elevetur, ut à Prin-  
cipè fulciatur, ut confurgat: sed non con-  
furgat: quia sæpè quasi arbori avulsa abstulit  
spem meam. Exibit spiritus ejus, & reverte-  
tur in terram suam, in illa die (etsi multis  
consumptis annis) peribunt omnes cogita-  
tiones eorum.*

Job. 19. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniant*  
Psal. 145. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniant*  
2. Reg. 1.

A *super vos. Hebr. Gelboe revolutio investigati-  
onis. Aula Principum hæc est. O quam sæpè!*

*Fascinatio nugacitatis obscuram bonam, & Sap. 4.  
inconstantia concupiscentia, (Græc. circum-Grasæ.  
rotatio concupiscentia) transvertit sensum sine  
malitia. Job: Elevasti me, & quasi super  
ventum ponens elisisti me validè. Pagnin.  
Equitare me fecisti super ventum. sed, & c.*

B *Rex ille ad David: Scio, quia bonus es tu  
in oculis meis, sicut Angelus Dei, sed Sarrapis  
non places. Sic, sic placet ille Principi, sed  
maiori Oeconomo non placet.*

*In libro Judith, ut illi pertimescebant,  
ne Holophernem excitarent! Unde non  
strepitu, sed quasi sonitu cum excitare  
curabant. Inquietudinem, inquit facit  
Text. arte moliebantur, ut non ab excitanti-  
bus, sed à sonantibus Holophernes evigilaret.*

C *O mundi servos, qui tamen esse sub sen-  
tibus, ut inquit Job, divitias compu-  
tant!*

*Coercendæ itaque passiones, ac mare  
pacandum, quò pedibus apostolicis super  
illud tutò ambulare possimus, vel saltem  
virga imperii, videlicet rationis, Moy-  
ses dividat mare passionum, ut Israelitæ  
sicco vestigio valeant pertransire, in quo  
Egyptii servi suarum passionum mer-  
gantur.*

*De abnegatione amoris proprii,  
& de proximi, ac Dei  
amore.*

PUNCTUM CXI.

B *Qui vult venire post me, abneget semet-  
ipsum: hoc est, sui ipsius amorem:  
hic enim est abnegationis, nedum pri-  
marius, sed & fere adæquatam obje-  
ctum, quippe, qui radix est omnium,  
quæ indigent abnegatione, ut propterea,  
qui proprium amorem abnegat, singula  
vitia abneget.*

*Proprius superfluis amor abnegandus,  
NON*

Hebr.

1. Reg. 29.

Judith. 14.

Exod. 14.

Matth. 1.  
Abnegatio a-  
morem sui ipsius  
quam maxi-  
mè opprimit.



*Amor sui ipsi  
non naturalis,  
sed proprius  
abnegandus.  
D. Basil. in reg.  
brev. c. 54.*

*Gen. 3.  
Adam nimio  
sui amore pec-  
cavit.  
D. Aug. l. 14.  
de civit. 13.*

non est amor naturalis, nisi fortè natura corrupta: naturalis enim à Deo, & est regula, & mensura amoris proximi, quem ut nos ipsos amare debemus, (quamvis & hic suam habeat abnegationem.) Abnegandus verò est sui ipsius amor quidam privatus, & immodicus, ut Basilus ait, quo quis proprium commodum querit præposterè, inordinate, nimio affectu; amor, inquam, qui fertur in partem vel sensitivam, vel rationalem proclivem in honores, divitias, &c. quas sibi quarit, non propter Deum, sed propter sui ipsius privatam commodum.

Ex hoc proprio amore appetentia illa primorum parentum omniscientia, propriaque excellentia nimis dilecta, qua ad se ipsos conversi intumuerunt, & à Deo recesserunt. Nimio sui amore Adam, & ne suas contristaret delicias, inquit Augustin. libr. 14. de civit. Dei, pomum vitium comedit. Perversa celsitudo est, deserro eo, cui debet animus inhaerere, principi, sibi quodammodo fieri, atque esse principium. Hoc autem fit, cum nimis sibi placet. Sibi verò ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit, quam ipse sibi. Spontaneus autem est iste defectus, quoniam si voluntas in amore superioris boni, à quo illustrabatur, ut videret, & accendebatur, ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur, & ex hoc intenebresceret, & frigeret, ut vel illa verum crederet dixisse serpente, vel ille Dei mandato uxoris præponere voluntatem, putaretque se venialiter transgressorem esse præcepti, si vitæ suæ sociam non desereret, etiam in societate peccati.

*Angeli corru-  
erunt amore  
proprio.*

*D. Aug. 11. de  
Gen. ad lit. c. 15  
Amoris boni,  
& mali di-  
stamina.*

Ex amore ergo proprio casus primorum parentum, ut paulo ante etiam Angelorum, qui ex nimio ac inordinato amore, quadamque luxuria spirituali, ut Scotus loquitur, corruerunt. Effectus, & proprietates amoris proprii, qui malus est, recenset 11. libr. de Gen. ad lit. D. Augustin. cum proprietatibus alterius amoris, qui bonus est. Hi duo amores, inquit, quorum alter

A sanctus est, nempe charitas, alter inmundus, nempe amor sui, alter socialis, alter privatus, alter communi utilitati consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogan-tem dominationem, alter subditus, alter æmulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentes, alter pacificus, alter seditiosus, alter veritatem laudibus errantium præferens, alter quoquomodo laudis avidus, alter amicus, alter invidus, alter hoc volens proximo, quod sibi, alter subicere proximum sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam, præcesserunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis, & distinxerunt conditas in genere humano civitates duas, sub admirabili, & inefabili providentia DEI cuncta, quæ creata sunt, administrantis, & ordinantis, alteram justorum, alteram iniquorum, quarum atiam quadam temporali commixtione peragitur sæculum, donec ultimo iudicio separentur, & altera conjuncta bonis Angelis in Rege suo vitam consequatur æternam, altera conjuncta Angelis malis, in ignem cum Rege suo mittatur æternum.

De hoc duplici amore, deque his duabus civitatibus D. Augustin. 14. de civit. Dei, cap. 28. Fecerunt civitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, celestem verò amor Dei usque ad contemptum sui. Illa in ipsa, hæc in Domino gloria- tur. Illa querit ab hominibus gloriam, huic autem Deus conscientia testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum, hæc dicit Deo suo: *Gloria mea, Psal. 5. Et exaltans caput meum.* Illa in Principibus ejus, vel in eis, quas subjugat actionibus dominandi, libido dominatur, in hac serviunt invicem in charitate, & præpositi consulendo & subditi obtemperando. Illa in suis potentatibus diligit virtutem suam, hæc dicit Deo suo: *Domine, ligam te, Domine, virtus mea, &c.*

Idem alibi: Si totum hominis bonum est amare Deum, totum hominis malum est

est



D. Greg. hom.  
4. in Ezech.  
Ezech. 1.

Influs coram  
se ambulat.  
Quo sensu.

est amare seipsum. Antithesis civita-  
tum, antithesis amorum. D. etiam  
Gregor. homil. 4. in Ezech. quosdam pro-  
prij amoris facit proprietates ad illa ver-  
ba: *Et nunquamque eorum coram facie sua  
ambulabat.* Omnis iustus, ait Gregor. qui  
vitam suam sollicitus aspicit, & diligen-  
ter considerat, quantum quotidie in bo-  
nis crescat, aut fortasse quantum à bonis  
decreseat, iste, quia se ante se ponit, coram  
se ambulat, quippe qui vigilanter videt,  
utrum surgat, an desinat. Quisquis verò  
vitæ suæ custodiam negligit, discutere,  
quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat,  
aut despicit, aut nescit, coram se iste non  
ambulat, quia qualis sit in suis moribus,  
vel in actibus, ignorat. Ille veraciter se  
ante se ponit, quise in suis actibus tan-  
quam alium attendit.

Amor privatus  
valde excæcat.

Nam sunt multa peccata, quæ com-  
mittimus, sed idcirco nobis gravia non  
videntur, quia privato nos amore dili-  
gentes, clausis nobis oculis in nostra de-  
ceptione blandimur. Unde fit plerunque,  
ut & nostra gravia leviter, & proximo-  
rum mala levia graviter judicemus. Scri-  
ptum quippe est: *Erunt homines se ipsos a-  
mantes; & scimus, quia vehementer clau-  
dit oculum cordis amor privatus.*

1. Tim. 3.

Peccatoris pro-  
prium, & a-  
liorum iniqui  
censores pleriq;  
sumus.

Ex quo fit, ut hoc, quod nos agimus,  
& grave esse non existimamus, si agatur  
in proximo, plerunque nimis nobis dete-  
stabile esse videatur. Sed quare hoc, quod  
in nobis vile esse videbatur, grave esse vi-  
deretur in proximo, nisi quia nec nos sicut  
proximum, nec proximum conspicimus  
sicut nos? Si enim nos sicut proximum as-  
piceremus, nostra reprehensibilia distri-  
ctè videremus, & rursùm si proximum  
aspiceremus ut nos, nunquam nobis ejus  
actio appareret intolerabilis, qui sæpe  
fortasse talia egimus, & nihil nos proxi-  
mo intolerabile fecisse putabamus.

1. Reg. 12.

2. Reg. 12. *Vivit Dominus, quoniam filius  
mortis est vir, qui fecit hoc.* Ut David aliena  
exaggerat peccata, propria non videt!

Lev. 19.

Hoc autem divisum mentis nostræ ju-  
diciū corrigere per legis præceptum  
Moyse studuit, cum dixit, ut *iustus* debe-  
ret esse *modicus, a quibusque sextarius.* Hinc Sa-  
peranza Scriptura selecta.

Prov. 20.

A lomon ait: *Pondus, & pondus, mensura,  
& mensura, utrunque abominabile est apud  
Deum.* Scimus, quia in negotiatorum du-  
plici pondere aliud majus, aliud minus  
est: nam aliud pondus habent, ad quod  
pensant proximo: ad dandum pondera le-  
viora; ad accipiendum verò graviora  
preparant. Omnis itaque homo, qui ali-  
ter pensat ea, quæ sunt proximi, & aliter  
quæ sua sunt, pondus, & pondus habet.

B Utrunque ergo est abominabile apud  
Deum: quia si sic proximum, ut se dilige-  
ret; hunc in bonis sicut se amaret: & si sic  
se sicut proximum aspiceret, se in malis, si-  
cut proximum, judicaret. Debemus ergo  
nosmetipsos sollicitè, sicut alios videre;  
nosque ipsos, ut dictum est, ante nos po-  
nere, pennata animalia incessanter imi-  
tantes: O ne nesciamus, quid agimus, co-  
ram facie nostra semper ambulemus. Per-  
versi autem, sicut paulò antè jam dixi-  
mus, coram facie sua non ambulant, quia  
ea, quæ agunt, nunquam considerant, ad  
interitum tendunt, in pravis actibus ex-  
ultant, &c.

Sed quot mala ex amore proprio? Apo- 2. Tim. 3.

stol. ad Timoth. *Erunt, inquit, homines se  
ipsos amantes (audi ex pessima radice pesti-  
mos fructus.) Cupidi (Græcè, amatores pe-  
cunia, avari) elati (Græcè, Fastuosi, arro-  
gantes, jactabundi) superbi, blasphemæ, paren-  
tibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affe-  
ctione, (Græcè, Sine pietate, impii scilicet in  
parentes, uxores, famulos, &c. August.  
& Anselm. Sine visceribus compassionis) sine  
pace (August. qui alios scilicet quiescere  
non sinunt, sed ubique pacem turbant.)  
criminatorum, incontinentes, immites, sine be-  
nignitate, proditores, protervi (Vatabl. Pre-  
cipites, & temerarij. Theophyl. Leves, &  
instabiles) tumidi, & voluptatum amatores  
magis quàm Dei habentes quidem speciem pie-  
tatis (Cypr. Deformationem religionis, hoc  
est, videntur informatores, sed sunt veri  
deformatores religionis) virtutem autem  
ejus abnegantes, &c. O quor rami ex una  
radice! Sic Theoph. Cum malorum expli-  
casset radicem: *Erunt homines se ipsos aman-  
tes; & ramos sigillatim enumerat: Cupidi,  
& inter hos prior, & longè protensior ava-  
ritia**

Aug. & Ansel.

Vatabl.

Theophyl.

Cypr.

Theoph. ibid.

T c ritia



ritia est. &c. Erunt homines seipfos amantes, quia non curabunt nisi de seipsis, inquit

*D. Ansel. ibid.*

*S. Anselm.* Nec quaerent nisi propria lucra, propria comoda, proprios honores, proprias glorias: & ab hoc velut fonte, quoddam scilicet erunt seipfos amantes, manabunt multi viriorum rivus.

*Græcè.*

*Chart. ibid.*

*Seipfos amantes.* Græcè, φιλαυτοί, id est, sui amantes, amore, ut ait Carthus. carnali, privato, & pessimo, quaerentes solum bona delectabilia, & utilia, non honesta.

*Haymo ibid.*

*Seipfos amantes,* non Deum, inquit Haymo. Se ipsum amat, qui sibi metipsum placet, qui desideria, & voluntates proprias implet, non Dei, nec potest dicere cum Petro veraciter, *Tu scis, Domine, quia amo.* nam ille Deum amat, qui non quaerit suam voluntatem, sed Dei.

*Ioan. 21.*

*Cajetan. ibid.*

Cajetan. ad hæc eadem verba: Non computat, aitari vitia naturalem sui ipsius amorem, de quo alibi scripsit: *Nemo unquam carnis suam usulo habuit, sed solius sui ipsius amorem, utpote excludentem amorem, & erga Deum, & erga alios homines.* Cupiat, pro, pecunie cupidus, Syriacè.

*Syriacè.*

*Pecunia amantes:* avaritia enim ex sui ipsius amore nascitur. *Elata, superbi,* &c. Hæc velut truncus arboris ex illa proprii amoris radice prodit.

*D. Thom. 1.*

*2. 2. q. 77. art. 4.*

*Amor sui principium omnia peccati.*

D. Thomas 1. 2. quaerit, an amor sui sit principium omnis peccati. Concludit esse. Probat conclusionem superiori auctoritate August. 14. de Civit. Dei, dicentis, quoddam amor sui usque ad contemptum Dei facit civitatem Babyloniam, ad quam homo pertinet per quodlibet peccatum. Probat eandem in corpore articuli. Propria, inquit, & per se causa peccati accipienda est ex parte conversionis ad commutabile bonum, ex qua quidem parte omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicujus temporalis boni. Quoddam autem aliquis appetat inordinatè aliquod temporale, procedit ex hoc, quoddam inordinatè amat se ipsum, hoc est enim amare aliquem, velle ei bonum: unde manifestum est, quoddam inordinatus amor sui est causa omnis peccati.

*D. August. de civ. 22.*

Peccatorum species ex hoc proprii amoris genere enumerat Augustinus. Quid

amor ipse, inquit, tot rerum vanarum, atque noxiarum? Et ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mæores, formidines, insana gaudia, discordia, lites, bella, insidia, iracundia, inimicitia, fallacia, adulatio, fraus, furum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, severitas, nequitia, luxuria, peculantia, impudicitia, impudentia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturam utriusque sexus turpe est etiam dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemias, perjurya, oppressiones innocentium, calumniae, circumventiones, pravificationes, falsa testimonia, iniqua judicia, violentia, atrocitas, & quidquid talium malorum instrumentum non venit, ab illa perversi amoris radice venit, cum qua omnis filius Adam nascitur.

Et hæc vitiosa radix ut est productio omnium vitiorum, ita est infectio omnium virtutum. Amor proprius opponitur charitati, quæ virtutum omnium mater est. Quid mirum, si factus virtutis, quæ ex hac vitiosa radice proveniat, non virtus, sed vitium dici mereatur? Opus bonum, si est ex proprio amore, potest quidem apparere bonum, sed tale revera esse non potest.

Opus bonum, quod est ex amore proprio simile est seipso illi, de quo Job: *Humectus videtur, antequam veniat Sol: Et in Greg. ibid. ortu suo germen egreditur. Ante Solem seipus humidus eximitur: sed ex orto Sole mox siccatur. Sic opus bonum ex hoc perverso amore proveniens in tenebris vitæ præsentis, in qua occulta hominum intentio non videtur, infusum gratia sanctitatis apparet: sed Sole veniente justitiam, mox siccatur, & hac luce dignoscitur, quam sit indignum mercede.*

*In ortu suo germen ejus egreditur. Herba Amoris proprii quælibet, ait Gregor. nascendo prius à symbolo seipsum terram roditur, & demum ad profundam sui seminis germen aperitur: seipsum vero cum flore suo nascitur, ut veniente Sole cum flore siccatur. Sic, sic opus virtutis ad laudem captandam cum flore moritur.*

O per-



**O**perverſum amorem! *Habentes quidem ſpeciem pietatis, ſed pietatem non habentes: inane eſt enim ſimulacrum virtutis, quodlibet ejus opus ex proprio amore profectum.*

Inſelicitas certè, & deploranda miſeria, videre, quo imperu homo feratur, aut potius ruat in ſui ipſius amorem, ac in ſe ipſum, & quàm ſubtiliter in rebus omnibus, bonis, ac malis ſpiritualibus, ac temporalibus ſemper ſe ipſum quærat. Is, qui hoc dicitur amore, parùm de Deo cogitat, nec ei placere ſtudet, ſed ſemper ſibi ipſi placet, de ſe ipſo cogitat, in ſe ipſo cubat, à ſe ipſo non exit. Si manducat, ſi bibit, non Domino, ſed ſibi ipſi manducat. Bibit, dormit, ut pingueſcat, ut ſuaviter vivat. Cupit divitias, ambit honores, ac dignitates, ut ſe ipſum attollat. Quid, quod ſepè gemitibus, ac lachrymis remiſſionem poſtulat peccatorum, virtutes, donum orationis, cæleſtes conſolationes, profectum ſpiritualem, non ut placeat Deo, ſed ut ſe ipſum à poenis liberet, ac tribulationibus eximat!

*Ab homine iniquo, & doloſo (me ipſo) eripe me. O ſubtilem amorem proprium! &c.*

Auguſt. Vix quæri ut Jeſus propter Jeſum, &c. Iſaac (eſt tam ſpiritualis) amabat Elau, eò quod de venatione ejus veſceteretur. Genef. 29. Amicabilia, quæ ſunt ad alteru, ex amicabilibus, quæ ſunt, ad ſe. Amor, ſui hominem excæcat, ac ab alienat è mente. Num. 6. *A vino, ab aceto abſtinebunt;* hoc eſt, ab amore proprio, qui judicio, & ratione privat. Ut inebriat amor proprius!

*Cum auდიſſet Rex David verba hæc (inceſtum, ſcilicet) contriſtatus eſt valde, & noluit contriſtare ſpiritum Amnon filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei, immodico amore quaſi ebrius, ac penè cæcatus. A vino, & ab aceto, id eſt, ab amore proprio, & operibus, quæ ſunt ex eodem amore, &c. O quot, ne contriſtent primogenitam hanc paſſionem! &c.*

Ad eo excrevit proprius hic amor, adeoque nunc omnium irrepiſit animis, ut hinc liceat inferre decrepitam mundi ætatem, morientem jam mundum. Sicut enim initio naſcentis Orbis, dùmque adhuc in-

**A**fans eſſet, ad inſtar infantis primus homo oblatione pomi vetiti deceptus eſt, ſpoliatuſque originalis juſtitie bonis: deinde adoleſcens mundus ardore libidinis æſtuans, aquarum inundationem poſtulavit; poſtea in virili ætate viribus, armisq; colluctatus, dominandique cupiditate correptus nobis proponitur in libris Judicum, Regum, ac Machabæorum, quaſi ſingula vitia ſingulas comiteatur ætates, & cuilibet ſtatui reſpondeant proportio-nata vitia: modò dum mundus ferè ſenio confectus, oculisq; caligans ſe ſolum-modò videt, ad ſequè omnia attrahit, & refert, ut moribundus, veluti ſenex morti proximus, veſtes, ac opera colligit, ſic itidem in ſe collectus mundus, ſe tantum diligit, ſe ſolum quærit, &c. *In no-viſſimis diebus, inquit Apoſt. erunt homines ſe ipſos amantes, &c.*

**C** De quodam Antiphereonte refert Ariſtot. in Meteoris, quòd ex ſpirituum viſualium defectu adeò debilem viſum ſeſum haberet, ut nonniſi ad proximum, ac ferè ipſi potentie conjunctum aërem viſionem extramitteret, ubi ſui ipſius impreſſa ſpecies ſic ei ſemper obſciebatur, ut ſemper ſeipſum, ſuamque imaginem ob oculos haberet: ſi ſtabat, ſui ipſius imago ſtabat; ſi ambulabat, & imago ambulabat, ſicque ſemper ſeipſum ante ſe ipſum habebat. Quod quidem huic præſertim accidiffe putat Vicomercatus, quòd fixam in ſui phantaſia ſuam habuerit imaginem: quemadmodum, ſubdit, eorum, quos vehementer aut amamus, aut odio proſequimur, imagines ita fixæ nobis permanent, ut eas præ oculis perpetuò habere videamur. Erat itaque hic amator ſui, ac proinde typus omnium ſemetipſos amantium, qui ante ſe ipſos ſemper ſeipſos deferunt, nec aliud quicquam cernunt, quàm propriam imaginem. *Se ipſos amantes, non proximum, non fratrem, non patrem.*

*Et quis eſt proximus meus? Ut nec de nomine, nec de viſu proximum norunt!*

*Vbi eſt Abel frater tuus? Quisnam frater? Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?*

*O quàm verè! Vir fratri ſuo non parcat. Iſa. 9. unusquisque carnem brachij ſui vocabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manasse. Ubi*

Tt 2 Hierou.

*Mundi ætates ſingulas ſingula vitia comitata.*

*2. Tim. 3.*

*Ariſt. l. 3. Meteoror. c. 4.*

*Vicomerc. id.*

*Luc. 10.*

*Gen. 4.*

*Iſa. 9.*

*2. Tim. 3.*

*Pſal. 42.*

*Auguſt.*

*Gen. 29.*

*Ariſtot. 9.*

*Eth. c. 9.*

*Num. 6.*

*2. Reg. 17.*

*Amor proprius indicat mundi ſeneſtam. Gen. 1.*



D. Hier. ib.

Hieron. Duo fratres hi erant filii Joseph Patriarchæ; tamen velut bestię cruentę quilibet illorum carnem brachii sui vorare nitentur.

Luc. 12.

Vehementer claudit oculum cordis amor privatus. Ivit quondam ad Dominum quispiam; inquit. *Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei: Homo, (verè homo in terra defixus) quis me constituit Iudicem, aut divisionem fieri postulant; ò sapientiam Patris! quàm verum, rem fratres dividere. Hinc conversus ad turbas: Videte, & cavete, inquit, ab omni avaritia. Heu! pax nostra; qui facit utraque unum; qui descendit de celo, ut omnes uniret in unum, renuit dividere hereditatem inter duos fratres, non quòd ei fuisset aut impossibile, aut difficile; sed quòd significaret, quòd si quid difficile esse posset, hoc difficillimum esset, salvã fratrum gratiã hereditatem dividere.*

Luc. 15.  
Syriac.  
Græc.

*Postquàm filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam (Syriac. possessionem tuam Græcè, vitam tuam) venit, occidisti illi vitulum saginatum (Syriac. Masbasi illiborem saginatum. Ut exaggerat! Ut amor privatus claudit oculum ne videret fratrem!*

Sed quid dico, quòd oculum fratri videndo, claudat amor privatus! Claudat & patri. Mirum, quòd in cap. 14. Isai. referunt Gloss. & Lyran. de filio Nabuchodonosor, quòd exhumatum patris cadaver trecentis vulturibus hinc inde allatis dederit, ne in regnum denuò, ut antea fecerat, resurgeret; néve ei sepulchrum è manu abriperet. Sed ea sit Rabbidorum opinio: certè Scriptura est, quòd Absalom in patrem molitus est, &c. O proprium amorem! ò perversum amorem!

Gloss. in c. 14.  
Isai.  
Nabuchodonosorem exhumatum vulturibus devorandum filius dedit.

Sed parum respectivè esset, si amor privatus oculum clauderet terrenis parentibus videndis, si & cælesti non clauderet: *Quis est Dominus? aiebat Pharaos, dum agebatur de educendo populo. Nescio Dominum, & Israel non dimittam.*

Exod. 5.

Dan.

Superbus ille Rex Babylonis, ablato vero Dei cultu, & obsequio, ut Deus voluit adorari. Sic, sic homo semetipsum

A solum veluti Deum constituit, & à rebus omnibus, cælestibus, & terrestribus vult adorari, & ante se genuflecti. Id, *Amor proprius* quod significanter dixit Augustin. dum *Dei amulus*, proprium amorem æmulum Deo appellavit: amor etenim sui, quasi Lucifer alter, seipsum Deo in mente hominis opponit, exigitque (id, quòd soli Deo debetur) actionum ejus omnium finis esse, & haberi.

B Sed Dominum Deum tuum adorabis, & Matth. 4. illi soli servies. Et diliges Dominum Deum Deut. 6. 5. tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c. Inter sumptuosiora, quæ fecit Rex Salomon, thronus ille fuit: *Ferculum fecit sibi Cant. 3. Rex Salomon de lignis Libani: columnas ejus Chiff. ibid. fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, mediã charitate constravit propter filias Jerusalem. Superbum opus!*

C Hæc ajunt vehiculo vectum Salomonem per vias Jerusalem, quòd sic filiarum ejus sibi conciliaret amorem. Unde Septuag. *Septuag. habeat: Medium tenet ipse consumptus amore à filiabus Jerusalem.* Per vehiculum hoc, sive thronum, intelligere possumus divinam legem, ac præceptum dilectionis. Medium ejus tenet ipse Deus inflammatus amore, ut sibi animas arctissimè copulet, ad cujus amplexus quasi per ascensum purpureum, & veluti per gradus anima pertingere potest, & ad altissimam, ac strictissimam unionem, & inhaesionem ejus pervenire.

D Primus gradus ille est, in quo quisque de necessitate salutis pedes ponere debet, & hic eminet supra res omnes, quas sub pede affectus habere debet, in tantum ut nihil diligat, nec supra Deum, nec sicut Deum, sed omnia infra Deum, & in ordine ad Deum. Et hic gradus, inquit D. Thomas, est in præcepto: hic observantiam includit mandatorum.

E Psalmus, *Quomodo dilexi legem suam, habet ceu pro titulo. Mem, Hebr. Viscera charitatis.* Qui proinde gradus non excludit amorem filiorum, rerum, honoris, vitæ, &c. sed admittit eum, ordinabilem tamen actu, vel habitu, ut Schola loquitur: quòd si ordinabilis non est.

NON



non est amor subditus, sed superior amori Dei.

Matth. 11.  
D. Hier.

Hinc Hieron. ad illa verba, *Qui amat patrem, aut matrem, &c. filium, aut filiam plusquam me, non est me dignus.* Ordo, inquit, in omni affectu necessarius est. *Ordinavit in me charitatem.* Ama post Deum, patrem, aut matrem, aut filios. Si necessitas venerit, ut amor parentum, aut filiorum Dei amori compareretur, & non possit uterque salvari, odium in suos, pietas in Deum est. Non ergo prohibuit amari patrem, aut matrem, sed signantes addidit, *Plusquam me.*

1. Reg. 19.

In hoc gradu diu fuit Heli amans filios sub Deo, & in ordine ad Deum, sed paulatim crevit amor filiorum, & supra Deum pervenit: *Honorasti filios tuos magis quam me;* non addens verbera verbis, ut debebat, ait Hieron. ut debilis effectus ex inordinato filiorum amore.

Job. 1.

Non sic Job, à quo nihil aliud voluit hostis, quam ut amorem filiorum, rerum, honoris, vitæ, Dei amori præferret: qui idcirco substantiam, filios, sanitatem abstulit, ut Dei amorem à corde auferret, sed quia Job omnia infra Deum diligebat, se semper constantissimè in hoc gradu servavit, nec unquam ab ejus pectore Satan charitatem, amoremque Dei sustulit. Et de hoc gloriabatur amore Deus: *An putas me aliter respondisse tibi, quam ut appareas justus?*

Job. 4. 9.  
Septuag.  
Theoph.

Theophanes, Author Græcus: Quam ut tua justitia, amorque erga Deum ipsi Diabolo, omnibusque hominibus, qui erunt usque ad consummationem mundi, manifestetur? Hinc rerum jacturam tanta animi moderatione sustinuit: hinc membra filiorum, quos infra DEUM diligebat, per ruinas illas dispersa colligebat: hinc torus ulcerosus omnia patientissimè perferebat. Non sic uxor, quæ, ut notat Chrysofost. ex inordinato rerum harum amore, quo omnia supra Deum diligebat, impatientissimè omnia tulit.

Chrysofost.

Hic est primus gradus, qui sub pedibus omnia detinet, & hoc est diligere Deum ex toto corde, ne cor scilicet sit inclinatum ad ullius rei dilectionem am-

plius, quam Dei, sive sit honor, sive res, sive vita. Sic Chrysofost.

Augustin. ubi nos legimus: *Ordinavit Cant. 2. in me charitatem;* ex Græco legit: *Ordinavit Aug. serm. 7. te in me charitatem.* Et subdit: Hoc est, facite gradus, & cuique, quod debetur, restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Sic Theod. Ordinate in me charitatem, ut sponso jungar meo, cumque & patri, & matri, & cæteris rebus anteponam.

Ut benè Abraham in hoc gradu fixerat pedem! *Tolle filium tuum, quem diligis, Gen. 22. Isaac.* Septuag. *Dilectissimum Isaac.* De hoc Septuag. Sap. 10. *Et in filijs misericordiam fortem custodivit.* Difficilis locus explicatur à Græco: *In filij visceribus fortem custodivit;* hoc est, in filii, ut dicunt, eviscerato amore fortem amor custodivit Abraham, ne justionem Dei de occidendo filio detre- scaret. Sic Janfen. Burgenfis, & Brugen- sis, qui mendosam eam reputans lectionem, sic ait legendum: *Et in filij misericordiam fortem custodivit;* hoc est, sapientia Abrahamo dedit cum amore erga filium animi fortitudinem, ut quem unice diligebat, jubente Deo, non cunctaretur occidere.

Janf. in Burg. es  
Brug. in h. loc.

Quod quàm difficile fuerit, expende. *Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac.* Ubi lectio Hebræa magis pungit, & extimulat animum Patriarchæ: *Tolle, inquit, nunc filium tuum, unicum tuum quem dilexisti, Isaac.* Qua in lectione quot verba, tot stimuli. *Tolle, inquit, non boves, non famulos, sed filium, eumque unicum,* quasi diceret: Si multos haberes, facile unum è multis dares: jam unicum habes, hunc mihi immolari deponso. *Quem dilexisti,* scilicet indefinenter hucusque sine nulla amoris cessatione, vel imminutione: tum quia Isaac erat suavissimis moribus, patris reverentissimus, & obsequentissimus, tum quia genuerat eum pater in senectute per miraculum, tum etiam, quia per eum promissa erat illi maxima posteritas, omnisque benedictio, Christus ipse, per quem vitam æternam speraret. Quare filium suum offerendo, simul etiam omnes spes

T. 3. h. 3.



Hebr.

Orig. hom. 8.  
in Gen.Aug. ser. 12.  
de temp.D. Thom. opus.  
de erudit. Prim.  
cip. l. 5. c. 36.  
Abraham filium  
mactare iussus  
duodecim sepe-  
ravit difficul-  
tates.

Gen. 21.

Origen.

suas, omniaque bona sibi promissa, Deo offerrebat. *Isaac*, quasi diceret: Da mihi tuum *Isaac*, tuum risum, tuum gaudium, tuum corculum. Quo nomine mirē feriebatur, ac sauciabatur aures, & animum patris: jam enim futurus erat, non Isaac, sed Abel, non Benjamin, sed Benoni, non risus, sed luctus. Et *Tolle nunc* Non eras, non eras, non manē, sed *nunc*, hac nocte, hac hora. Ubi August. Quid ergo nos docet Abraham? Ut breviter dicam, ut Deo non præponamus, quod dat Deus. Ergo nec illud, quod tibi pro magno præstat Deus, præponas illi, qui præstitit. Et cum voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat, quia gratis amandus est Deus.

Quod iterum ut appareat, quanto Dei gestum sit amore, duodecim difficultia, quæ in hoc opere D. Thomas perpendit, afferamus. Primum est, quod amicissimum voluit occidi. Secundum, quod voluit occidi, coram se, & etiam à se ipso, propriis manibus: aliquis sustineret, quod filius eius occideretur: non posset hoc tamen aspicere, vel propria manu facere. Tertium, quod filius ille erat unigenitus, non enim habebat alium filium ex liberâ uxore. Quartum, quod habuerat eum miraculosè de uxore vetustâ, & sterili, cum ipse jam esset senex. Quintum, quia magna promissio facta erat Abraham de ipso. Sextum, quod ipse solatium esset matri suæ, unde dicebatur *Isaac risus*, dixit enim mater, ipso dato: *Risum fecit mihi Deus, quicumque audierit, corridebit mihi.* Quid dixisset mater pueri, si Abraham revertens de filii immolatione, dixisset ei: *Immolavi filium tuum?* Septimum, quod non solum voluit eum occidi, verum etiam incendi, unde dictum est ei: *Offer eum in holocaustum*, quod interpretatur, totum incensum, noluit ei parere, nec vivo, nec mortuo. Octavum, quod voluit eum Deus duci per triduum ad locum immolationis, ut longitudine temporis tentatio augetur, & curis crescentibus paterna viscera cruciantur (quod aliqui, præsertim Origen. ad triduum dicunt delatum, ut quovis passu montem, & mortem expectaret.) Nonum, quod

A non apparebat aliqua præcepti utilitas, quæ enim utilitas, innocentem occidere? damnum verò erat manifestum. Decimum, quod non excusasset eum auctoritas præcipientis, cum nullus testis affuisset, nec crederetur ei, si diceret, Dominum hoc sibi præcepisse. Undecimum, quod erat rationi cōtrarium, nec præcesserat hujus obedientiæ exemplum. Duodecimum, quod omnium, ad quorum notitiam pervenisset, imminere scandalum.

B Abraham verò accepto hoc præcepto tam difficili, nec se excusavit, nec præcepti causam quaesivit, nec mandatum distulit, sed *de nocte surgens*, &c. Quid hoc? Amor Dei super omnia, qui eum penè oblitisci fecerat, quod pater esset, quod notavit Philo ad eam conduplicatorem: *Abraham, Abraham*; quod est, pater, pater: oblitus pro Deo, quod esset pater.

C Ut illud benè observavit, ac completum: *Offerretis caput, & cuncta, quæ adherent jecori!* Ubi Corn. à Lapide, caput, & jecur, intellectus, & voluntas, animæ potentia. *Quæ adherent jecori*, hoc est, quæ circa præcordia sunt, filii, mariti, facultates, hæc, quæ adherent jecori (cogit amare jecur) offerenda sunt.

D Hinc gradus dat filios, rem, honorem, vitam, ne Deum offendant. Susanna in discrimine perdendi honoris posita, quid eligeret? aut honorem proprium, aut amorem Dei perdere aut vitam, aut Dei amorem? Quid, Fratres, in causa fuit, ut honoris jacturam, hoc est, perpetrati adulterii opinionem apud homines eligeret? Amor Dei, quo dilecto potius emori volebant, quam offenso vivere. O quot, ne temporalem perdat honorem, id perpetrare non verentur, quod solum, & verè inhonorat!

E Insignis in hoc gradu Herminigildus, Wisigothorum Regis filius, qui tuendæ tamque Dei fidei, Christianique amoris, regni, vitæque amorem posthabuit, de quo Gregor. in Dial. Nuper Herminigildus Rex, Livigildi Regis Wisigothorum filius, ab Arriana hæresi ad fidem catholicam, viro

Abraham oblitus fuit se esse patrem. Phil. 6. de Abr. Hebr. Levit. 1. Corn. à Lap.

Dan. 3.

Gregor. 3.  
Dial. 31.

S. Herminigildus

di regnum, &amp; tamque Dei amorem posthabuit.



reverendissimo Leandro, Hispalitano Episcopo, dudum mihi in amicitia familiariter juncto, predicante, conversus est. Quem pater Arrianus, ut ad eandem heresim rediret, & premiis suadere, & minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet, nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnovisset, iratus est, eum privavit regno, rebusque expoliavit omnibus. Cumque nec sic virtutem mentis illius emolire valuisset, in arcta illum custodia concludens, collum, manusque illius ferro ligavit. Ccepit itaque idem Herminigildus Rex juvenis terrenum regnum despiciere, & forti desiderio celeste quaerens, in ciliciis vinculatus jacens, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transcendit mundi despiciere, quantum & religiosus agnoverat, nihil fuisse, quod potuerit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die, intempstat noctis silentio, ad eum perfidus pater Arrianus Episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilega consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano Episcopo venienti exprobravit, ut debuit, ejusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etsi exterius jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso Episcopo, Arrianus pater infremuit, statimque suos apparatus misit, qui eodem instantissimo Confessorum Dei illic, ubi jacebat, occiderent. Quod & factum est.

Insignis olim Eleazarus, 2. Machab. qui cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: *Domine, qui habes sanctam scientiam, manifesta tu scis, quia enim a morte posse levitatem dilexit.*

Insignes adolescentes, & horum mater, de quibus Nazianzenus elegantissima oratione de Machabæis.

Insignis mater illa, cujus meminit Prudentius in Hymno de S. Romano Martyre, quæ cum videret filium parvulum, ob Christi fidem Antiochiæ ab Asepiade Praefecto locis crudelissimè cædi,

**A** constans sine stetu spectavit, quin & filiolum aquæ haustum poscentem objurgavit, dicens: Calicem eum expecta, quem occisa Bethlehem infantes olim biberunt, lactis, & papillarum immemores. Isaacum respice, qui cum immolandus aram, & enses aspexisset, ultrò colla præbuit. Interea eum cum capillis à vertice tortor revellit. Acclamat mater: *Pater, fili: mox enim ad eum venies, qui caput nudatum nunc tuum per contumeliam, regio, vestiet diademate. Puer lætus virgas, & dolores vulnèrum ridet; damaatur, ducitur cum Romano ad supplicium. Perventum est ad cædis locum: puerum, quem in complexu mater foras extulit, carnifex possit; dat illa, præter osculum, nihil morata. Et vade, inquit, nate dulcissime. Cervicem dum ense carnifex ferit, accipit illa: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Ecce servus tuus, & filius ancilla tua. Hæc ubi dixisset, caput amputatum pueri in pallium explicitum excipit, & pectori applicat.*

**C** Nihil omnino. Fratres, ab hoc gradu nos dimovere debet. *Quis nos separabit à charitate Christi Tribulatio, an angustia, &c. an gladius? certus sum enim, quia neque mors, neque vita. Ubi Chrysostom.*

**D** Per utramque, mortem scilicet, ac vitam, æternam intelligit: temporalem enim in gladio intellexit, hoc est, neque si quis mihi mortem perpetuam illam nullo fine terminandam minaretur, ut à Christo separaret, neque si promitteret fore, ut vitam illam nullo fine desuram producerem: nec hanc quidem conditionem admitterem. Hoc Paulo ipsa gehenna terribilis erat, sicut in Dei amore persistere etiam regno caelorum desiderabilis erat illi. Quid de nobis dicendum, cum ille nec ea quidem, quæ in caelo sunt, præ Christi amore adiretur: nos verò, quæ in cæno, & luto sita sunt, ea Christo præferamus?

**E** Verè contutati sumus amoris ignem in terra, dum tanto amore terram diligimus, &c. Aquam hanc crassam terrenarum cogitationum divinis illis radiis exponamus, ut consopitus, quinimodò extinctus ignis accendatur.

Verè contutati sumus amoris ignem in terra, dum tanto amore terram diligimus, &c. Aquam hanc crassam terrenarum cogitationum divinis illis radiis exponamus, ut consopitus, quinimodò extinctus ignis accendatur.

*2. Mach. 6. Eleazarus plus Deum, quam vitam dilexit.*  
*Præclarè cujusdam matris exemplum quæ Dei amorem unico filio prætulit.*

Rom. 8.

Chrys. ibid.

Paulus nec æterne vitæ pollicitatione, seu mortis comminatione avelli à Christo potuit.

2. Mach. 1.

Et



Tit. 2.  
Græc.

Beneficia sunt  
vincula.

Ios. 2.  
Sept.  
Hebr.

Cant. 1.  
Bern. ser. 68.  
in Cant.

Aponius.

Cant. 5.  
Symmac.  
Hebr.

Cant. 2.  
Languor quib.  
modis curetur.

Sept.

Et ut ascendamus ad alios gradus, cur Deum non diligimus? En apparuit benignitas. Græcè, *Apparuit amor hominum*. Quot beneficiis nos ad amandū allicit? aut melius dicam, quot beneficiorum catenis nos alligat, & ad amandum constringit? Beneficia sunt catenæ amoris. Sic exploratores illi ad Rahab: *In fenestra, per quam demissisti nos*. Hebr. *Per quam concatenasti nos*. q. d. hoc, quod à te accepimus beneficium concatenavit nos.

Quot beneficiorum catenis nos Deus devinxit! &c.

Hinc amans illa concatenata: *Dilectus meus mihi*, inquit, & ego illi. Quid tibi dilectus, & tu quid illi? Bernard. Pendet oratio, immò nec pendet, sed deficit, suspenditur, sed erigitur auditor. Quid igitur? *Dilectus meus mihi intendit, & ego illi*. Intendit? Iræne Sponsæ suæ intentura est illa Majestas, cui gubernatio incurbit universi, ut ad eam solam transferantur negotia ejus? Ita planè, providentiam cæteris non negamus, curam verò Sponsæ vendicat sibi. Sic Aponius: *Dilectus meus mihi gratiam vocationis, redemptionis insignis, adoptionis clarissimam libertatem donavit, & quid ego illi rependam? Voluntatis obedientiam, conservandæ integritatis studium, &c.*

Hinc tota ardebat, & præ amore tota liquefiebat, ac in ecstasim ferebatur: *Anima mea liquefacta est*. Symmac. *Anima mea egressa est*. Hebr. *Anima mea exivit à me*. Dion. Est ecstasim faciens divinus amor. Anima magis est, ubi amat, quàm ubi animat. Apostol. *Vivo ego, jam non ego, &c.*

Ut Sponsa languebat! *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*. Ab infirmis metaphora ducta est, qui viribus destituti deficiunt disiectis brachiis, &c. Eget, qui languet, rosas, quæ in deliquis confortant, eget violis: *Fulcite me floribus*. Poma item redolentia confortant: *Stipate me malis*. Egent odoriferis unctioibus, qui languent. Septuag. *Confortate me in unguentis*. Languor ex defectu spirituum vitalium, & animalium provenit, idcirco vino, quod cor homi-

nis lætificat, spiritusque reparat, languentibus succurritur: sic aquis odoriferis, &c. Hebr. *Fulcite me in lagenis*, seu Hebr. *in vasis vitreis*; hoc est, liquoribus asservatis in iis (continens pro contento) solet in deliquis abstergi sudor, quandoque frigidus. Chald. *Imponite velamina super cervicem meam*; Sic cordi fomenta sunt. Hebr. *Fulcite me in ignibus plurimis, quia amore langueo*. Græc. *Quia vulnerata charitate ego*. Ut concisè loquitur, ceu languens!

Annon in hoc gradu Franciscus inter Angelos disiectis brachiis veluti clamans: *Fulcite me floribus, ô Angeli, stipate me malis? Fulcite me in lagenis, & aquis, Angeli. Confortate me in unguentis, imponite velamina super cervicem meam, quia vulneratus charitate & ego!*

O felicem animam totam in suum Deum transformaram! Huic uni dicere licet: *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram?* Hebr. *Tecum nihil volui in terra*. Chald. *Tecum socium non habui in terra*. Defecit caro mea, & cor meum, *Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum*. *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Theodor. ex Græco: *Dilectus meus meus, & ego illius*. Nyssenus: Hoc est, ipse possessio mea est, & hæreditas mea est, & ego peculium ejus.

Amenius huic Deum, Fratres mei, ex toto corde. Hebr. *Ex toto valde*. Quantum possumus. Ubi notandum, non à nobis exposcere Deum Seraphinorum amorem, sed nostram: *Ex toto corde tuo, ex toto tuo valde, &c.* non quantum in se diligibilis est, sed quantum possumus.

Sed jam ad tanti amoris insufficientem pestem, ad æmulum Deo, ad corruptionem amoris Dei, & proximi, nimirum amorem proprium, redeamus: tempus enim est, ut huic veneno antidorum præparemus, huic infectæ radici gladium adhibeamus.

Rex autem Syris præceperat, dicens: *Non pugnabis contra minorem, & majorem quenquam, nisi contra Regem Israel solum*. Hac eadem arte, hoc stratagemate in pugna nostrarum passionum utamur: si unico

ictu



ictu generalem cupimus referre victo-  
riam, non contra hanc, vel illam pas-  
sionem, sed contra regalem, ac præci-  
pua, contra amorem proprium nimi-  
rum omnes ictus dirigere, & sagittas col-  
limare debemus: hoc enim perempto,  
perfecta victoria est: hoc non perempto,  
quavis alia perempta, vel cademet, vel  
altera surgit, ac reviviscit.

*Cantic. 2.*  
*Sptuag.*  
Cantic. 2. Ordinavit in me charitatem.  
Pagnin. Vexillum ejus super me charitas.  
Psalm. Exurge, & non prevaleat homo. Sub  
hoc vexillo hic proprius prosternendus  
est amor: hoc autem fit odio sui.

De odio sui.

PUNCTUM CXII.

*Ioan. 12.*

*D. Aug. tract. 51. in Ioan.*  
Odium anime  
sanctum.

*Idē ho. 30. c. 10.*  
*Ephes. 5.*

*Anor anime  
perversus.*

*Seneca.*

*D. Greg. hom. 37. in Evang.*

**Q**ui amat animam suam, perdet eam, &  
qui odit animam suam in hoc mundo, in  
vitam aeternam custodit eam. Magna, &  
mira sententia, ut August. ait! Quemad-  
modum facit hominis in animam suam  
amor, ut pereat, sic odium, ne pereat. Si  
male amaveris, tunc odisti, si bene ode-  
ris, tunc amasti. Felices qui oderunt cu-  
stodiendo, ne perdant amando, &c. Idem  
& alibi ad hæc eadem verba, *Qui odit ani-  
mam suam.* Huic sententiæ, inquit, quasi  
contrarium videtur esse, quod ait Apost.  
*Nemo unquam carnem suam odio habuit.* Sed  
sunt, qui perversè animam suam amant,  
& hoc vult Dei sermo corrigere, non ut  
oderint animam suam, sed ut rectè dili-  
gant, malè enim diligendo perdunt eam.  
Est ergo quidam perversus amor ejus, &  
quoddam rectum odium ejus. Quis est  
perversus animæ amor? Quando diligis  
animam tuam in iniquitatibus. Quis igitur  
modus diligendi animam? Odisse eam  
ad tempus, ut fecerunt Sancti.

Una est eatena, quæ nos alligatos tenet,  
amor vitæ, qui ut non est abjiciendus,  
ita minuendus est. Seneca.

D. Gregor. similiter declarat, quid sit  
animam suam odisse. Tunc, ait, bene  
*Speranza scriptura selecta.*

**A** animam nostram odimus, cum ejus car-  
nalibus desideriis non acquiescimus, cum  
appetitum frangimus, cum ejus volupta-  
tibus reluctamur. Sic Origen. Qui perdit  
animam suam, quantum ad voluptates  
carnales, ipse est, qui denegat se. Sic Chry-  
sostom. querens, quomodo qui amat ani-  
mum, perdat eam: Qui absurdus, inquit,  
ejus cupiditatibus obtemperat, qui præter  
debitum ei indulget; propterea admo-  
net ille: *Nolè ambulare in cupiditatibus ani-  
mæ tuæ;* sic enim perdis, cum à virtutis  
via avertis: quemadmodum è contra-  
rio, qui odit eam in hoc mundo, custodit  
eam; hoc est, qui non parcit ei, cum ali-  
quid perperam juberet. Et non dixit, qui  
non parcit (ut ponderat Chrysost.) sed,  
*qui odit,* quemadmodum enim quos odio  
habemus, nec vocem quidem audire, nec  
videre æquo animo patimur, ita & ani-  
ma, si quid præter Dei voluntatem nobis  
imperat, rejicienda est, &c.

**H**æc gladio abnegationis pertingente  
usque ad divisionem animæ, hoc est, sen-  
sualis potentie, & spiritus, refecanda est,  
&c. gladius hic sancto odio in propriam  
carnem convertendus.

**J**usti semper in seiplos perfecto odio,  
hunc gladium convertunt. *En sexaginta  
fortes, qui custodiunt lectulum Salomonis,* su-  
per femur gladium tenentes, hoc est, in  
sensualitatem stringentes, &c.

**H**ostes vos sentiant Madianita, quia & ipsi  
hostiliter egerunt contra vos. Madian, *lit-  
igans,* carnem concupiscentem adversus  
spiritum significat. Hæc veros Israëlitas  
hostes, non amicos sentiat: cum carnis  
motibus nunquam justus foedus ineant,  
vel pacem habeant, quin illud semper di-  
cant: *Perfecto odio oderam illos, & inimici  
facti sunt mihi.*

*De pugna concupiscentia adversus  
spiritum.*

Quàm periculosa ea sit, declarat Chry-  
sostom. ad illa verba: *Ab intus exeunt de  
corde,* &c. Sic ipse legit, & subdit: *To-  
lerabilis est hostis, cum muros arietat ex-  
trinsecus, cum fortis positus cedit ali-  
quando conflictui, cui verò est intus ini-  
micus*

*Orig. ho. 2. in  
Matth.  
Chryf. ho. 6. 6.  
in Ioan.*

*Hebr. 4.*

*Cant. 3.*

*Num. 25.  
Hebr.*

*Psalm. 138.*

*Chryf. serm.  
in Matth.*



Cant. 1.  
Matth. 10.  
Psal. 37.

Cass. 4. l. col.  
c. 7.

Psal. 139.  
Bern. de inter.  
domo. c. 13.

Carnis arma  
sunt desideria.

Gal. 5.

Rom. 7.  
Caro verè  
hostis.

Col. 2.

D. Aug. ep. 57.

Ex semper in  
insidiis.

Psal. 45.  
Aquila.

micus, cuius adversarius in ipsis penetra-  
libus jam deservit, iste se intelligit, & sen-  
tit oppressum. Cant. *Filij matris meae pu-  
gnaverunt contra me.* Matth. 10. *Inimici  
hominis domestici eius. Inimici autem mei vi-  
vunt,* id est, motus ex carne mea insur-  
gentes, qui militat adversus animam.  
Hinc in visceratam Spiritus, & carnis pu-  
gnam appellat Cassianus. Et Bern. ad il-  
lud: *Eripe me, Domine, ab homine malo;* id  
est, à me ipso, à quo fugere non possum.

Quam verò potens sit internus hic ini-  
micus, patet ex armis, quibus pugnando  
utitur, quibusque mortem infert. Haec sunt  
ipsa desideria: *Caro concupiscit adversus spi-  
ritum.* Quis eo potentior, qui voluntate,  
an desiderio possit alium occidere?

Unde meritò Paulus exclamabat: *In-  
felix ego homo, quis me liberabit de corpore  
mortis huius?* Ubi notandum, fateri hoc  
loco Apostolum, huius inordinati appe-  
titus vim, ac potentiam, quippe qui verè  
sit hostis. Hoc sibi vult ly, *De corpore mor-  
tis huius;* corpus etenim in Scripturae phra-  
si rei veritatem significat. Nemo vos judi-  
cet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, quae  
sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

Ubi D. Thom. Legalia, inquit, umbræ  
sunt, veritas autem rei pertinet ad Chri-  
stum. Sic explicat August. illud item ad  
Col. 2. *In quo* (scilicet, Christo) *habitat  
omnis plenitudo Divinitatis corporaliter,* id  
est, non in umbra, vel figura, sed in re  
ipsa, & in veritate. Ceteri igitur Apo-  
stolus, juxta hunc modum loquendi,  
quoscunque alios hostes fictos, seu figu-  
ratos, & quamlibet pugnam apparentem:  
solum verò eam, quæ caro concupiscit  
adversus spiritum, esse veram, & realem  
pugnam. Et quod difficiliorem, pericu-  
loso remque reddit pugnam, est, quòd  
non a petro Marre cum hoste decerramus,  
sed hostem talem habemus, qui semper  
nobis est in insidiis, & sub amici habitu  
latenter oppugnat, quod meritò deplorat  
David, postquam se devictum, & expu-  
gnatum sensit, dicens: *Humiliasti nos in loco  
afflictionis.* Ubi D. Ambros. Pulchrè Aquilæ  
interpretatio, quemadmodum intelli-  
gere debemus, locum afflictionis expres-

sit, dicens: *Quoniam humiliasti nos in loco  
Sirenum.* Sirenes verò quasdam fuisse  
puellas gentilis tradit fabula, quæ vocis  
sua virate, canendi illecebris, audiendique  
studio illectos navigantes ad littus ad-  
movere navigia provocabant, eosque cum  
gratiam vocis sequerentur, scopuloso in  
loco naufragium facere procurabant, &c.  
O quam multi huius Sirenæ illecebris  
(carnis nimirum) decepti, naufragan-  
tur! &c.

Ut olim naufragus David novos perti-  
mecebat scopulos! Unde vel concupitam  
aquam cautus effectus bibere noluit: nam  
qui corpus adamaverat, & ruerat, ut di-  
cit Chrysostomus aquam desideratam, & Chryf. hom.  
necessariam, & sitiens bibere noluit: ti-  
muit enim latentes insidias, & horruit  
appetitum etiam sub habitu, & specie ve-  
ræ necessitatis, ne incurreret in deceptio-  
nem, & ne deceptus tandem occumberet,  
& cupiditatem, quam sibi non potuit  
auferre, potuit mitigare, dixit Ambr. lib.  
1. de Jacob, c. 11.

De hoc sub blanditiis immanissimo Orig. hom. 7.  
bello optimè Origen. ad illud Apostoli de in Gen.  
Ismaele ludete cum Isaac. *Sed sicut tuus, qui Gal. 4.  
secundum carnem natus fuerat, persequetur  
eum, qui secundum spiritum, ita & nunc.*  
Secundum ea, quæ scripta sunt, inquit  
Origen. non video, quid moverit Saram,  
ut filium ancillæ juberet expelli. Lude-  
bat cum filio suo Isaac, quid læserat, aut  
quid nocuerat, si ludebat? Quasi non hoc  
in illa ætate etiam gratum esse debuerit,  
quod luserit filius ancillæ cum filio libe-  
ræ. Tum deinde miror Apostolum, qui  
ludum hunc persequutionem pronuncia-  
vit, dicens: *Sed sicut tunc is, qui secundum  
carnem natus fuerat, persequetur eum, qui  
secundum spiritum, ita & nunc.* Cum utique  
Ismaelis ludæ nulla persequutio Ismaelis adversus Isaac cum Isaac per-  
tinet: Sed videamus, quid in hoc ludo in-  
tellexent Paulus, & quid indignata sit  
Sara. Loco virtutis exposuimus Saram,  
si ergo caro, cuius personam gerit Ismael,  
qui secundum carnem, spiritui blandia-  
tur, qui est Isaac, & illecebrofus cum eo  
deceptionibus agat, si delectationibus  
Caro dum blân-  
ditur, perse-  
cutur.



alliciat, voluptatibus molliat, hujusce-  
modi ludus carnis cum spiritu Saram ma-  
ximè, quæ est virtus, offendit, & hujusce-  
modi blandimenta acerbissimam perse-  
cutionem judicat Paulus. Et tu ergo,  
Auditor, si tibi libidinis alludat illecebra,  
si virtutis es filius, tanquam persecutio-  
nem maximam fuge, intelligere debes,  
quia sub specie ludi persecutionem pate-  
ris, Hucusque Orig.

Quid ergo agendum? In Exodo jussu  
Domini præcipit Moyses Levitis: *Ponat  
vir gladium super femur suum*, (Interlin.  
voluptates carnis) & occidat unusquisque  
fratrem, & amicum, & proximum suum.  
Cumque viginti tria millia hominum occi-  
disent, ne crudeliter factum putaretur,  
inquit: *Consecrasti manus vestras hodie Do-  
mino. Septuag. Implevistis manus vestras  
hodie Domino. Paraph. Chald. Obtulistis  
oblationes vestras hodie coram Domino.* Ad  
hæc verba D. Ambrosius. Ille est, inquit, ve-  
rus Levita, Dei ultor, & vindex, qui car-  
nem, & passionum, ac vitiorum corpus,  
interimit, ut servet animam, & jam non  
sit caro peccati, sed Dei: quis enim ma-  
gis frater, aut proximus est animæ, quam  
caro?

Crudelitatis quædam speciem habent,  
quæ summam pietatem habent. Quis sal-  
tem non suspicetur inhumaniter factum,  
quod Josue urbem Jericho funditus solo  
aquaverit, atque deleverit? Quod Hai  
non solum expugnaverit, sed & expugna-  
tam combusserit habitatores, nec uno in  
vivi relicto, occiderit, Regemque ejus  
in cruce adegerit? Quod quinque Re-  
ges Adonisedech Regem Jerusalem, O-  
han, Regem Hebron, Pharan, Regem Je-  
rimoth, Japhia, Regem Lachis, Dabir,  
Regem Eglon, suspenderit item super  
quinque stipites? Macedam similiter ce-  
perit, & percussit in ore gladii, Regem-  
que illius interfecerit, & omnes habita-  
tores ejus, nec dimiserit in ea saltem par-  
vas reliquias? Quæ inhumanitas, Iran,  
sive Horan Regem Gazar cum omni po-  
pulo ejus percutere usque ad internecio-  
nem? Sic urbes Eglon, Hebron, Dabir,  
omnesque Reges Aledoth capere, nullas

A reliquias in urbibus relinquere, & omne,  
quod spirare poterat, interficere? Sic Ja-  
bin, Regem Assor, cum Joab, Rege Ma-  
dian, Semero, Achsaph, & Regibus Aquil-  
lonis, qui habitabant in montanis, & in  
planitie contra Meridiem, Chananaum  
item, Amorrhæum, Hethæum, Phere-  
zæum, Jebusæum, Hevæum cum turmis  
suis, populo multo nimis, sicut arena,  
quæ est in litore maris, interficere, con-  
terere, delere, equos eorum subnervare,  
currus igne comburere? Hæc, & alia  
juxta occidentem litteram crudelitatis  
speciem præferre videntur: sed quo-  
niam, teste Apostol. *Omnia in figura contin-  
gebant illis*, & propter nos scripta sunt,  
quæ Judæus solum bella legit, Christianus,  
ut Origen ait, intelligit & mysteria.  
Quid Jericho, quæ interpretatur Luna, aliud,  
quam hunc mundum significat, magis  
quàm sit Luna, lunaticis defectibus ob-  
noxium? Quid sibi vult Hai? *vitam degen-  
tium in valle mundanarum deliciarum.* Quin-  
que ille Reges, super quorum colla pedes  
positi sunt, sunt quinque sensus carnis,  
qui subjici debent imperio rationis, nec  
ante Solis occasum, ut ibidem adnotatum  
est, è patibulis deponendi, hoc est, non  
ante mortem à cruce abnegationis libe-  
randi. *Macedam, incendium: Iran, civitas  
descendens, vel Horan, concupiens eos* (hæc est  
caro) carnales motus cupiens. *Eglon, coi-  
tulus, sive juvenculus iniquitatis: Ebron,  
transgressio: Dabir, loquax: Iabin prudentia,*  
scilicet carnis, cum qua superbia juncta  
est; idè & alios post se Reges habet *As-  
sor, quod est aula, hic mundus scilicet: Joab  
inimicitia: Semeron, amaritudo: Achsaph, per-  
cussio, & angustia.* Reges Aquilonis in  
montanis, & planitie contra Meridiem  
(ab Aquilone pandetur omne malum, fri-  
gus contra charitatem) (*Chananaus, com-  
mutatus in malum: Amorrhæus, amarus,  
rebellis: Hethæus, pavidus, scilicet servili  
timore: Pherezæus, separatus, scilicet à cha-  
ritate: Jebusæus, concuscatio mea.* Hæc in-  
telligentia nominum mystica vitiorum  
bella significata esse cognoscimus; hi sunt  
hostes odibiles, contra hos gladius eva-  
ginandus. Hoc non crudelitas, ait Origen.

Uu 2 sed

Exod. 32.  
Interl.  
Carnis volu-  
ptates jugu-  
landa.

Septuag.  
Chald.  
Ambros. epist. ad  
Romulum.  
Carnis domi-  
tor est verus  
Levita, &  
Dei ultor.

Iosu. 6.

Iosu. 10.

Iosu. 11.

Orig. hom. 13.  
in Iosu.

Hebr.  
Nicol. de Tyr.  
ibid.

Origen.



sed humanitas, & benignitas invenitur: sic subervandi nostrorum membrorum equi, ut jam membra non serviant iniquitati, sed justitiæ, & passionum cursus sanctæ abegationis igne comburendi, &c.

Vultum durissimi, ac rigidissimi patris ostendit ille, qui contumaces fortitus est filios, nunquam illos alloquitur, &c. Si quando ridebam ad eos, non credebant, lux vultus mei non cadebat in terram. Tanta, inquit Philippus, reverentia, & honore à prædictis habebat, ut meæ gravitati, indulgentiæ blandimentum, & remissionis hilaritatem congruere vix posse crederent. Cum ridebam ad eos, non credebant, supple, ridere risus tantum causa, ut explicat Nicetas, sed potius aliquid aliud gravius, seriùsque sub risu formidabant, vel saltem post risum feriosem vultum meruebant. Sic, sic in Vitis Patrum (si recorde) Macarius, si quando carni subridebat modico vino utiens causa fraternitatis, alienisq; precibus, ab aqua abstinerebat, unde caro posset dicere: Si quando ridebat, non credebam, &c.

Beata Catharina Gen. adeò seipsam odio habebat, ut nec se nomine proprio auderet appellare: sic suum corpus male accipiebat, ut idemmet corpus aliquando dolenter diceret: Adeo me percussit, ut timeam, ne me perimas. Cui illa: Ne timeas, non te occidam: cave tamen, ne quid inconvenienter exigas. tunc enim sic tecum, ut eum Dæmonio agam, &c.

Paula Romana quo odio? Turpanda dicebat, est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa, & stibio sæpè depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacavit deliciis. Longus risus perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicii compensanda, &c.

Qui summo odio prosequitur aliquem, eundem si posset, vellet in crucem agere. Patet de Aman, qui ex capitali odio crucem constituit Mardocho. Qui se ipsum verè odit, carnem suam, ut ait Apostolus, crucifigit cum vitiis, & concupiscentiis suis. Quid sibi vult crucifigere carnem, ac passiones? Cass. Sicut crucifixus quis jam non pro animi sui motu membra sua

quoquam movendi, vel convertendi habet potestatem: ita & nos voluntate nostras, ac desideria non secundum id, quod nobis suave est, ac delectat ad præsens, sed secundum legem Dei, quò nos illa constrinxerit, applicare debemus, &c. O sanctum odium! &c.

Carnis curam ne feceritis in desideriis. Ubi Orig. Non negat, inquit, carnis curam in necessariis, sed in concupiscentiis, ac desideriis. Idem habet Greg. 30. Mor. 14. Quod fieri, inquit, in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur: sæpè dum incautè necessitati concedimus, desideriis defervimus. Suis versutiis nos caro circumagat.

Inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum. Aiii: Instantia concupiscentiæ. O quam importunè instat caro, &c. Græc. Circumrotatio concupiscentiæ; proponit enim nobis modò rem unam sub specie necessitatis, deinde aliam: eandem post repulsam, proponit ut sanam, ut huic morbo accommodatam, &c. Circumrotatio, &c.

Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferemus. In Josue, Angelus occidi hædum præcepit, id est, (glossat Gregor. 3. Moral. 17.) omnem appetitum carnis nostræ immolari, carnèque supra petram poni. Carnes supra petram ponimus, cum corpus nostrum Christi imitatione cruciamus, &c.

Propter te mortificamur toto die. Ad hæc verba Chryl. Quoniam homines sumus, atque adeò non datur innumeras subire mortes, & cum naturæ nostræ velut hæreditario datum sit semel tantum mori, præstitit tamen hoc Deus, ut voluntati, si placuerit, quotidie mortem patiliceat: si enim desideria carnis mortificantes, & corpus ipsum torquentes quotidie propter Deum mortificamur; tot veluti coronas nobis paramus, quot hujus mortificationis dies vivimus.

Ad hoc sacrificium nos adhortatur Apostolus. Exhibete corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Quod sacrificium benè prosequitur Gregor. ad illud Ezechielis: Et altare ante factum templi ubi ita ait, Ex moreore compunctionis arderi ignis, & caro consumitur. Altare igitur

Iob. 40.

Philippus.

Nicetas.

In Dial. c. 2.

D. Hier. in Epistolaph. ejusd.

Esth. 7. Cal. 5. Cass. l. 4. de instit. c. 34. Carnem crucifigere quid.

Rom. 13. D. Gregor.

Sap. 4. Alij. Græc. Caro nos rotat.

2. Cor. 4. Iosu. 6. D. Greg.

Psal. 43. Chryl. hom. 15 ad Rom. Mori sape, ac quotidie possimus.

Rom. 12.

Ezech. 47. Greg.



igitur aute faciem tempis est, cum multi in Sanctæ Ecclesiæ conspectu proponuntur, qui æterni Iudicii memores, semetipfos quotidie in lamento compunctionis Deo sacrificium mactant, &c.

Ambr. serm. 4. in Psal. 118. Gen. 6. Homines quidam sunt mera anima, quidam mera caro.

Gen. 46.

Hi per carnis suæ abnegationem adeo purgantur, ut jam caro, sed spiritus, & animæ dicantur. S. Ambros. serm. 4. in Psal. 118. Non fiat anima nostra caro, hoc est, ut dicamur caro, sicut & illi, qui in diluvio perierunt, de quibus dictum est: Quia caro sunt, sed magis caro nostra obediens animæ, & hoc appellari mereatur nomine, sicut appellata est familia Patriarchæ Jacob: *Hi filij Bala, omnes anima septem & alibi: Omnes sexaginta tres.* Verus enim luctator Jacob, cui cariolemarecurat, totam in domo sua ad ordinem animæ ita redegerat, ut totum pro anima computaretur. Solet enim Scriptura animam appellare nomine eorum, quæ ipsa concupiscit, quasi desinat esse id, quod est, & in concupiscentiam veluti convertatur. Unde illud: *Ephraim vitula docta diligere trituram;* dictum est propter affectum idolorum, vitulorum scilicet, quos Ephraim adorabat. In Genes. *Capit Noe, vir agricola, exercere terram.* Lippom. vertit, *Noe, vir terra,* &c. Sponsa: *Dilectus meus mihi, & ego illi;* quasi tota præ desiderio, & amore in Sponsum fuerit conversa. Non mirum proinde, quod caro, quæ obedit animæ, nomine ejus appelleretur, & concupiscentia, quæ imperio spiritus subjicitur, in ordinem spiritus transeat, &c.

Osea. 10.

Gen. 9. Lippom. Cau. 2.

Psal. 136.

Iob. 40.

Iob. 19.

Abstinentia commoda.

Isai. 30.

Levit.

¶ Reprimendi sunt motus carnis per abstinentiam.

Sic retribuimus filiæ Babylonis misere, id est carni nostræ retributionem, quam retribuit nobis. Sic desiccamus carnalia desideria. Sic arefunt in nobis loca humeraria, in quibus Behemoth libenter requiescit. Hoc est, sibi constituere tabernacula in terra fæluginis. Sic, sic mortificatione retunduntur hi motus. In tympanis, & citharis, & bellis præcipuis expugnavit eos, id est, in carnis mortificatione compescuit, ac subegit motus. Sic radere oportet mortificationis novacula horum mo-

tuum pilos, si prorsus evellere non valemus.

¶ Motus superfluos debemus abjicere, Servo ut spongia & ressecare asperitate poenitentia. Sapien-

ter quidam: Utendum est servo, ut spongia, ex cujus compressione elicitur aqua. Sic ex compressione, & arctatione carnis foras exprimuntur, & ejiciuntur carnalia desideria; unde scriptum est: *Servo malevolo (sensui huic) tortura, & compedes.*

B Hoc idem per Prophet. *Intra in lutum, & calca, & subigens tene laterem;* hoc est, immunditias subige: & calca laterem corporis, tene, & retine, ne ulterius motus insolentent, &c. Clavus tentationis clavus poenitentia, & doloris retunditur, quia dolor est medicina doloris. Fraëtis lagunculis corporum cum Gedeone, hostes bene poterimus superare. Sic, sic David: *Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Gladius meus (mortificationis) devorabit carnes. Ponat igitur vir gladium super femur suum, &c.*

¶ Quod sensui non est indulgendum. Caro nostra est tamquam canis, nimio cibo, & potu, tactuque illicito excitatur, & contra nos movetur, sicut scriptum est: *Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius, &c.* & iterum: *Fundamenta montium conturbata sunt.* Contra pruritibus carnis, quos senserunt primi parentes, vestivit eos Dominus tunicis pelliceis: tu, cujus lumbi impleti sunt illusionibus, non habes zonam pelliceam circa lumbos? Securior sane es ipso Joanne.

Si Apost. (ait Hieronym. ad Eustoch.) vas electionis, & separatus in Evangelium Christi, ob carnis aculeos, & incentiva vitiorum reprimat corpus suum, & servituti subjicit, ne aliis prædicans ipse reprobis inveniatur, & tamen vidit aliam legem in membris repugnantem legi mentis suæ, & captivum se in legem duci peccati: si post nuditatem, jejunia, fames, carcerem, flagella, supplicia in semetipsum reversus (id est, fragilitatem suam considerans) exclamat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securum esse debere?*

Quam citò, qui non cavet ab incursum, incidit in Dæmonium meridianum!

Uu 3 Dæmo-

Eccl. 33.

Nahum. 3.

Judic. 7.

Psal. 17.

Deut. 32.

Exod. 32.

Psal. 106.

Psal. 17.

Gen. 3.

Matth. 3.

D. Hier. relatus

in Decreto

causa 32. q. 3.

can. 11.

Psal. 90.



Dan. 3.  
Matth. 15.

Dæmonium meridianum incendit hominem. Sol enim per diem nos urit, dum fornacem vehementius Rex Babylonis incendit. Tunc filia Chanaanæ male à Dæmonio vexatur. Nec diceret meridianum, si non esset etiam vespertinum Dæmonium, & matutinum: vespertinum in consummatione operis: matutinum in initio tentationis: primum ab incurfu; deinde à Dæmonio meridiano. *Ab incurfu.* Alii, à ruina. D. Hieronymus. *A morsu insidiantis meridi.* Titillationes primorum motuum paulatim pertrahunt in ruinam: primi motus sunt morsus insidiantis meridie. Felix: *Ab egritudine repentina.* Alii: *Ab peste, qua in obscuro grassatur.* Tales sunt hi motus inordinati, corrumpunt, inficiunt, & si comprimantur, late citius grassantur. Chald. *A caterva Damonum, qui nocent meridie.* Tu dormisti securus es? hos in te motus admittis? non rejicis? non expellis filios cum matre, motus cum carne?

Prudens consilium Abraham, qui ut Ius Imaëlis præsentit, mox eum cum matre domo eiecit, paucæ, & sola aqua reficiendum.

*Omni cura, & diligentia occurrendum est motibus concupiscentiæ.*

Iud. 16.  
Tales motus sunt primogenita Egypti. Nazianz.

Mox ut in Dalila, hoc est, carnis gremio cœpisti recumbere, nec insurgentes motus repellere, spoliaris honore, ac decore crinium, nexuque septiformis Spiritus Sancti. Gregor. Nazianzen. orat. 49. pravas cogitationes vocat primogenita Egypti, & semen Babylonis, quod oportet allidi ad petram. Beatus certe, qui non expectat, donec adolescat peccatum, sed quamprimum allidit ad petram, &c.

Eccles. 34.

In sacra Scriptura admodum improbatum est, qui victimat filium in conspectu patris sui, summa hæc enim iudicatur scævitia: sed fortitudo Christiana est, quæ natos ex se, & apud se motus, non solum occidi permittit, sed insuper in prima nativitate jugulat, ne adolescant.

Eccles. 19.  
D. Gregor. 1.  
Moral. 14.

D. Gregor. ad illa verba Eccles. *Qui spernit modicam, paulatim decidet*: si enim, inquit, curate parva negligimus, insen-

A sibiliter seducti, audenter etiam majora perpetravimus. Et 3. p. curæ pastoralis, admonitione 34. Qui minima peccata flere, ac devitare negligit, à statu iustitiæ, non quidem repente, sed paribus totus cadit.

Hinc: *Qui timet Deum, nihil negliget.* Eccles. 7. Hebr. *Qui timet Deum, egredietur.* (ab omni vel levi culpa, ab omni occasione.)

B Optimè Seneca: Nullum vitium est sine patrocino: nulli non initium est verendum, & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obinebis, ut desinat, si incipere permiseris. Imbecillis est primò omnis affectus, deinde ipse se concitat, & vires, dum procedit, parat, excluditur facilius, quàm expellitur. Quis negat, omnes affectus à quodam quasi naturali fluere principio? Curam nobis nostri natura mandavit, sed huic, ubi minimum indulseris, vitium est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, ut non illam peteremus, sed ut ea, sine quibus non possumus vivere, gratiora nobis illius faceret accessio. Si suo veniat iure, luxuria est. Ergo intransibiles resistamus: quia facilius, ut dixi, non recipiuntur, quàm exeunt. Aliquatenus, inquit, dolere, aliquatenus timere permittit: sed illud aliquatenus longè producitur, nec ubi vis, accipit finem. Sapiens & lacrymas suas, & voluptates, ubi volet, sistet. Nobis, quia non est regredi facile, optimum est omnino non progredi. Vitio infirmum animum non committamus, nec formæ, nec adulationi, nec ullis rebus blandè trahentibus. Quantum possumus, nos à ludibrio recedamus. In sisco quoque parum fortiter stamus. Occurres hoc loco mihi illa publica contra Stoicos voce: Nihil magna permittatis, nihil dura præcipitis: nos homunciones sumus, omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parum, concupissemus, sed temperatè, irascemur, sed placabimur. Scis, quare non possumus ista? quia nos posse non credimus: immò mehercules aliud est in re. Vicia nostra, quia amamus, defendimus, & malumus excusare illa, quàm excutere. Satis natura homini dedit

Peccatis intransibiles resistendum.

Peccatorum parvorum neglegentia magna damna parat.

Senec. ep. 117. Peccata paulatim latius funduntur.



dit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus. Nolle in causa est, non posse prætenditur. Hucusque Philosophus, qui nihil de gratia novit, &c.

De abnegatione sensuum.

PUNCTVM CXIII.

Abnegatio sensuum quid.

Sensus abnegat, qui sensibus indebita negat. Videre in distantia debita coloratum objectum, officium est oculi: at curioso intuitu, quæ non licet desiderare, ea velle videre, indebitum est: sic audire, &c. Abnegatio negat oculo, auribus, &c. quod indebitè, ac deordinatè exigunt.

Thren. 2. Psal. 86.

Animæ ruinam deplorans Propheta sub nomine civitatis Jerusale: *Defixa sunt, inquit, in terra portæ ejus, perdidit, & contrivit vestes ejus.* Portæ illæ quondam dilectæ, *super omnia tabernacula Jacob,* ut eccinit David, justè Deo permittente, non solum ab hostibus in terram dejectæ, sed ita ruinis demersæ, & obruta fuerunt, ut veluti terræ hiatus viderentur absorptæ. Portæ mysticæ civitatis sunt hi sensus. In terram desiguntur, cum omninò terrenas delectationes requirunt. O miseriam! In his sensuum portis olim judicium, jusque dicebat ratio, suumque fixum tribunal habebat: oculus non videbat, nisi quod erat necesse: illicita, vana, curiosa non videbat: auris non audiebat, &c. nunc hæ portæ in terram desixæ, &c. os perdidit, contrivitque vestes debite custodiæ silentii, &c. *Regem ejus (rationem,) & principes ejus (potentias) supple, disperfit.* O miseriam! Chaldaeus addit: *Propterea immolavunt porcum. Quid plura? Non est lex.*

Sensuum portæ neglectæ magnam homini adferunt perniciem.

Martin del Rio ibid.

Quam dolenter Job in persona peccatoris lamentatur, dicens: *Quasi rupio muro, & aperit janua irruerunt super me, & ad meam miseriam devolunt sunt, (hostes scilicet) Murus rumpitur, dum timor Dei, qui est quasi clausura animæ, postponitur. Vel*

Job. 30.

A in muro, virtutum munitio designatur: tunc autem murus rumpitur, cum virtutum munitio dissipatur. Hinc legimus, Esdræ exeuntem per portam vallis considerasse murum Jerusalem dissipatum. Per portam vallis humilitas designatur: per hanc portam exeat necesse est, qui vult ruinas, & defectus suos cognoscere, tantum enim habes cogitationis, quantum humilitatis. Janua aperitur, cum custodia sensuum negligitur: mox hostes irruunt, & ad animæ miseriam devolvuntur, &c.

Nehem. 2.

Humilitas de regit suos cuius defectus.

B Isboeth à latronibus dormiens in lectulo interfectus est, eò quod mulier purgans triticum obdormierat, quæ portam custodire debebat. Ostiaria triticum purgat, inquit Gregor. dum mentis discretio virtutes à vitis separat, quæ si obdormierit, in mortem proprii Domini insidiatores admittit, qui dum porta sensuum patet, ex omni parte intrant, & Isboeth (virum confusionis) interimunt, &c.

2. Reg. 4.

D. Greg.

C Vbi non est spes (id est, custodia sensuum) diripietur possessio, &c.

Hebr.

Ecc. 36.

Hi sensus sunt illæ portæ fluviorum, de quibus scriptum est: *Portæ fluviorum aperte sunt, & templum ad solum dirutum est.* Per portas fluviorum, sensus hominis significantur, per quos scilicet, quasi per quasdam portas, materia concupiscentiarum, tanquam quidam fluvii transeunt ad animam submergendam. Unde sæpè clamet: *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aqua usque ad animam meam, infixus sum in limo profundi.* Templum ad solum dejecitur, quando anima, quæ est templum Spiritus Sancti, ad terrena desideria inclinatur, &c.

Nahum. 1.

Sensus sunt portæ fluviorum.

Quamobrem?

Psal. 68.

E Nec solum templum: sed ipsa civitas, Isa. 5. ut Isaias dicit, hinc ponitur in tumulum, vel in tumultum. Et si civitas duplici muro cincta est, si hostis dejicit antemurale, sperat & murum dejicere. Murus, qui propè cingit, est imaginatio, memoria, intellectus. Antemurale sunt sensus exteriores. Heu, heu! si hostis dejiciat prima mœnia, & alia dejiciet. Plorat hoc idem Jeremias: *Antemurale, & murus pariter dissipatus est, &c.*

Isa. 5.

Sensus sunt antemurale civitatis hu-

man.

Thren. 2.

Hinc



Hinc Job: *Procedebam ad portas civitatis.* A  
 Portæ civitatis sunt sensus nostri. Dux  
 vigilans sæpè ad portas procedit, ut vi-  
 deat, an clausæ sint, &c. Sic homo vigi-  
 lans sæpè sensuum portas videt, &c. Item  
 procedit, hoc est, cum quadam gravitate  
 incedit ad portas civitatis: sicut enim no-  
 biles, dum exeunt, habent ostiarios ante  
 se cum baculo, turbam arcentes, ne com-  
 primantur; sic anima iusti, quando exit  
 ad loquendum, ad audiendum, ad viden-  
 dum, timorem habet pro ostiario, qui tur-  
 bam importunam cogitationum repellat,  
 ne animam comprimant, &c.

Sed felix anima, quæ dicere potest:  
*Ostium meum clausum est, & pueri mei me-  
 cum sunt in cubili.* Per occlusionem ostii,  
 sensuum custodia, per cubile, secretum  
 conscientiæ, per pueros istos, cogitatio-  
 nes, & affectiones suæ ad interiora revo-  
 catæ designantur. Quid est ergo secum  
 pueros in cubili suo habere, nisi cogita-  
 tiones & affectiones suas ad interiora re-  
 vocare? Hinc Moyses gregem minasse le-  
 gitur ad interiora deserti, qui propterea  
 cum Deo locutus est. Cum Deo loquitur,  
 qui brutales sensus ad desertum adducit,  
 ut oculus omnino non videat, quod non  
 debet, &c. *Et pueri mei.* &c. Hi sunt par-  
 vuli, qui quando clausi non morantur,  
 ducuntur in captivitatem ante faciẽ tribu-  
 lantis, ut dicit in Threnis Jeremias, *Par-  
 vuli eius ducti sunt in captivitatem ante fa-  
 ciem tribulantis.* Parvuli in captivitatem  
 ducuntur, quando cogitationes circa  
 vana, affectiones circa carnalia detinen-  
 tur, &c.

Exod. 3.

Thren. 1.

Isai. 8.  
 Iudith. 8.

Num. 19.  
 Psal. 30.

Exod. 12.  
 2. Cor. 4.

Similiter Felix, qui potest dicere illud  
 Isaia: *Ecce ego, & pueri mei.* &c. Ad instar  
 Judith, quæ in superiori parte domuscum  
 ancillis clausa morabatur.

Vas, quod non habebat operculum,  
 immundum erat, ac profanum, &c. *Factus  
 sum tanquam usus perditum,* dicebat David,  
 cum solum aures eius operculum non ha-  
 berent.

Abnegandi sunt igitur sensus, ac mor-  
 tificandi, claudendæ fores sensuum, &c.  
 Unguendæ, ac tingendæ sanguine Agni.  
*Semper mortificationem Iesu in corpore nostro  
 circumferentes.*

Perfectam sensuum abnegationem in-  
 nuit illic Sponsus: *Fortis est, ut mors, dile-  
 ctio.* Ubi Gregor. *Benè fortis, ut mors, dile-  
 ctio esse perhibetur: quia dum per  
 dilectionem à vitiiis mortificamur, quod mors  
 agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio  
 in cupiditatibus mentis. Mors quippe ex-  
 teriores corporis sensus ab omni proprio,  
 & naturali appetitu interficit, sic dile-  
 ctio, & amor Dei nonnullos quasi insensi-  
 biles reddit.* De his Apostol. *Mortui enim  
 estis, & vita nostra abscondita est cum Christo  
 in Deo.*

Sine ulla idololatria fiunt hi perfimiles  
 simulacris illis, quæ aures habent, & non  
 audiunt, nares, & non odorant, oculos, &  
 non vident, manus & non palpant. Vel  
 potius vocis illis Crucifixo appensis, &  
 confixis: *Christo confixus sum Cruci.* Con-  
 fige clavus à timore tuo carnes meas. Sic legit  
 Ambros.

*Lauda Deum tuum, Sion, quoniam confor-  
 tavit seras, & vedit portas tuarum.* (sen-  
 suum.) Sic Hebr. & Græc. ne scilicet fiat  
 hostibus aditus.

Exultas (signè concupiscentiarum) por-  
 tas (sensuum,) & diruta pastophoria de-  
 nudò debemus reficere, ut templum san-  
 ctificetur, quod ut profanarent, mox por-  
 tas combusserunt, &c. Quid mirum, si  
 templum etiam in interiori profanum  
 reddiderunt?

Cum Propheta in spiritu duceretur ad  
 templum, & introspeisset, vidit huic  
 imagines serpentium, & bestiarum, &  
 idolorum in pariete depictas, inde senio-  
 res quosdam ante prædictas imagines  
 cum thuribus thurificantes. O quot si-  
 militudines serpentium, ac bestiarum, ac  
 idolorum in memoria, & imaginatione  
 depictas geris, quas ferro abnegationis  
 abraderi deberes, lacrymisque lavare,  
 cum potius easdem foveas, atque conser-  
 ves! O quos idola depicta, quibus thura  
 adhibes, hæc colens, illas intuens sensus  
 oculo, &c.

Maximo sunt abolendæ studio vana-  
 rum rerum imagines. Petr. Damian. Car-  
 din. de se ipso fatetur epist. ad noviter nu-  
 ptam, quod senio confectus, rubore per-  
 fusus, vixit semel pulchritudinis imagines  
 abolere

Cant. 8.  
 Greg. ibid.

Coloss. 3.

Psal. 113.

Galat. 2.

Psal. 118.

Psal. 51.

Hebr.

1. Mach. 4.

Ezech. 8.

Petr. Dam.

Cardin.

Sensibus hau-

sta imagines

quam fixa!



abolere non poterit, sed in viva memoria in vicis servaverit: mytheria autem evangelica millies perfecta memoria tenere non poterit. Melius itaque ait, imprimatur imago vanitatis, quam veritatis, &c. Id quod in Moral. dixit Greg. Semel species formæ per oculos illigata, vix magni luctaminis manu solvitur.

Anima, quæ seipsam ignorat, ait Bernardus, foras mittitur, ut pascat hædos, id est, oculos, & aures: quæ nihil habet intus, vagatur foris, studet pascendis sensibus. quæ pabulum intus non habet cordis.

Greg. lib. 21.  
Mor. c. 2.  
Cant. 1.  
D. Bern.  
Sensuum pascit  
flores quoniam.

De abnegatione visus.

PUNCTUM CXIV.

Curiosus obtutus radix est adulterii. Chryl. de lapsu David. Gloss. ad illud Job: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*; Visum, inquit, sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensus opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio. Unde merito Thren. 3. dicitur: *Oculus meus depradatus est animam meam.*

Bernardus ad Evam: Quid tuam mortem tam inrentè intueris? Quid illud tam crebro vagantia lumina jaceis? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Oculos, inquis, tendo, non manum: non est interdicitum, ne videam, sed ne comedam. Hoc est culpa non est: culpa tamen indicium est: te enim intentè ad aliud, lateenter interim in cor tuum serpens illabitur, blandè alloquitur, blanditiis rationem mendacis timorem compescit: Nequaquam, inquit, morioris. Auget euram, dum incitat gulam: acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem. Offert tandem prohibitum, & aufert concessum: porrigit pomum, & subripit paradysum: haurit virus peritura, & perituros paritura. *Oculus meus depradatus est animam meam.*

Speranza Scriptura selecta.

Job. 31.  
Gloss.  
Oculi liberiores  
quantorum  
malorum causa.

Thren. 3.  
Bern. de grad.  
humil. gr. 1.  
Oculorum ne  
glotius perdidit  
Evam.

**A** *Pepigi fœdus, &c.* Hieron. Ut cogitationes cordis castè servare posset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incaute aspiceret, quod postmodum invitus amaret.

Oculi à Luciano, prima amoris via, dicti sunt, à Platone amoris principium, à Dionysio amoris duces, à Philostrato sedes amoris. In oculis prima pugna præludia, inquit Clemens Alex.

In Num. iussit Deus apponi in fine vestis quasdam hyacinthinas vittas: *Ut recedarentur mandatorum Dei nec sequerentur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes.* Septuag. *In quibus fornicamini Sept. post eos.*

Hinc Petrus vocat quorundam oculos *plenos adulterii*; vel juxta alios *plenos adulteræ*, hoc est, in quibus adulteræ forma tota est: oculi enim conjeceant in adulteram, quæ tota in oculis est, & quam veluti oculis bibunt.

*Iniecit domina sua oculos suos in Joseph.* Ad. Gen. 39. adulteræ est, oculos in aliquem injicere.

Sehon Rex Amorrhæorum obstitit filiis Israel in ingressu terræ. *Sehon.* Hebr. Hebr. *tentatio lacerans*, vel *tentatio oculorum, Amorrhæi, rebelles*: Ex oculis non custoditis tot rebelliones, & impedimenta inieris in terram promissionis, &c.

Diligenti ergo custodia claudendi sunt oculi. *Pepigi fœdus.* Cajet. hoc est, delibato, fixo, & immobili prope fito, ad instar pangentis fœdus, quod inviolabile debet esse, oculos in mulierem hæud levare de crevi, &c. Chrysof. legit. *Legem posui oculis meis.* Symm. *Testamentum, ultimam voluntatem posui oculis meis.* q. d. clausos, ut mortuus, tenebo.

*Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre.* Hieron. *quod essent bone, &c.* Quid cum vident filii Diaboli filias Belial? *Spe. Eccl. 9. ciem mulieris aliena multi admirati, reprobi facti sunt* (coram Deo, & hominibus. Sic Hugo Carenfis.)

*Erubescite à respectu* (activè, & passivè, si respiciatis, & si respiciamini) *mulieris fornicaria.* Idque tum ob periculum, quia non licet intueri, quod non licet intueri, quod non licet concupiscere, ut inquit Gregor. tum quia talis intuitus signum est impudicitia.

Xx Ollam



Ierem. 1.

*Ollam succensam ego video; dicere potes, dum mulierem vides: Et faciem ejus à facie Aquilonis, à quo panditur omne malum.*

Gen. 3.  
Oleaster.

*Ut excitat concupiscentiam oculus! Vidit mulier, quòd esset bonum ad vescendum. Gen. 3. Ubi Oleaster. Nunquam gustaverat, aut fenserat unde ergo noverat fructum bonum ad vescendum? unde suavem? Oculum nimirum subinfert imaginationi consensum, ut sentire videanti videatur, gustare videatur, &c.*

Marth. 18.  
Oculus quomodo erudendus

*Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c. Si manus tua, &c. Hæc membra non materiali, sed spirituali gladio abscindi debent, non eis utendo. B. Thom. de Vil. Claude oculum, & eruisti: cohibe manum tuam à rapina, & scidisti: averte pedem tuum à via mala, & projecisti, &c.*

Palladius in Lausi. hist. 43.

*Ut benedid noverat discipulus ille Antonii, qui accessit à sorore ægrotante, ac dicente, si ipsum solum vidisset, tam sibi gratum fore, ut inde posset convalescere, ire tamen omnino recusat. Mox tamen, Abbate jubente, profectus, sed sororis cubiculum, clausis oculis alterius ductu ingressus, se quidem illi videndum præbuit, sed illam ipse non vidit, nec ab ea cognitus abiit. Cùmque rursùm, ut veniret, in vitaretur: Et sui tecum, inquit, & vidisti me.*

Sen. Sulpit.

*Dial. 2. c. 18. Virgo quaedam àdò virorum aspectus vitabat, ut nec etià à S. Martino videri vellet.*

*Non minori virtute prædita virgo illa, de qua in Vita D. Martini. Illud, Sulpici, meminisse te credo, quo affectu nobis, cùm & tu coram adesses, illam virginem S. Martinus prædicaret, quæ ita se penitus ab omnium virorum oculis removisset, ut ne ipsum quidem ad se Martinum, cùm eam ille officii causâ visitare vellet, admiserit. Nam cùm prope agellum illius præteriret, in quo se ante complures an. pudica cohibebat, audita fide illius, atque virtute divertit, ut tam illustris meriti puellam religioso officio Episcopus honoraret. Nos consequentes, gavisuram illam virginem putabamus: si quidem hoc in testimonium virtutis suæ habituram, ad quam tanti nominis Sacerdos, deposito propositi rigore, venisset. Verùm ipsa fortissimi vincula propositi, ne Martini quidem contemplatione, laxavit. Ita Vir beatus, accepta per illam*

*A foeminam excusatione laudabili, ab illius foribus, quæ videndam se, salutandamque non dederat, lætus abscessit.*

*O virginem gloriosam, quæ ne à Martino quidem passa est, se videri! O Martinum beatum, qui illam repulsam, non ad contumeliam suam duxit, sed magnificans illius cum executione virtutem, insitatum in his duntaxat regionibus gaudebat exemplum! Ergo cùm haud longè ab illa villula nos manere nox imminens coëgisset, xenium beato Viro eadem illa virgo transmisit, fecitque Martinus, quod antea non fecerat: nullius enim ille unquam xenium, nullius munus accepit, nihil ex his, quæ virgo venerabilis miserat refutavit, dicens: Benedictionem illius à Sacerdote minimè respiciendam, quæ esse multis Sacerdotibus præferenda. Audiât, quæso, virgines (subdit severus) exemplum istud, ut fores suas, si eas mali obire voluerint, etiam bonis claudant, & ne ad se improbis liber sit accessus, non vereantur etiam excludere Sacerdotes. Totus hoc mundus audiat: videri se à Martino virgo non passa est.*

*Omni homini noli insendere in specie. Eccl. 42. homini. Hugo Card. foeminæ, vel mari, Hug. Card. noli insendere, id est, fixè intueri, in specie, id est, propter speciem.*

*D Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiciat, & in idolis Egypti nolite pollui. Ubi Hieron. Nobis de Ægypto exeuntibus præcipitur, ut offensiones oculorum nostrorum abiciamus, ne ea, quæ olim oblectabant nos, modò capiant, speculaculo, theatra, & quicquid animæ contaminat puritatem.*

*Quàm malum oculos figere in oculos alienos! Hugo Gratianopol. Episcopus apud Surium dicebat, non à mulierum tantum, sed à virorum quoque vultibus religiose mentis avertendum intuitum, asserens, quòd experientia sua potest quicquid conicere per communionem humanæ mutabilitatis, atque compassionem fieri, ut affectiones conspecti frequenter ad conspicientem inæstimabili velocitate pertranscant, & verbi gratia, de irato iratus, & de tristi tristis, & de lasciviente fiat lascivens, quas passiones satis esse habere*

*Hug. Gratianus apud Sur. Oculi ne in viros quidem figendi.*

*quæ-*



quenquam proprias, non in se transcribere taliter debere alienas, &c. Quid igitur damni patietur, qui figet oculos in oculos *plenos adulterij, & ineffabilis delicti*, ut dicit Petrus?

Oculus, præsertim mulieris, est quasi manus in corde feminas semen malarum cogitationum: vel potius intuitus ille semen est, quod in oculis satum, germinat in corde, & erumpit in opus. Quam igitur necessarium est fœdus cum oculis? quam pernecessaria eorum custodia? &c. Idem de reliquis sensibus, &c.

*D. Aug. relatus in cap. Nec solo. 32. q. 5*

D. August. Nec solo, inquit, affectu, & tactu, sed aspectu quoque appetitur, & appetit concupiscentia fœminarum. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius, & cum se sibi invicem, tacente lingua, conspectu mucuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam in tactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

*Aul. Gell. noct. Attic. l. 6. c. 8.*

Alexander ille Magnus apud Aulum Gellium, victi hostis uxorem, facie incluta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci: ut eam, inquit Gellius, ne oculis suis quidem contingeret. Idem Darii Regis uxorem, eandemque ejusdem sororem, prælio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, videre noluit, perducique ad sese prohibuit.

*Galat. 3. Hier. ibid. Oculi mulierum fascinant. D. Thom. ib.*

Mulier, crede mihi, oculis fascinat. Hieron. ad illud, *Quis vos fascinavit?* Dicitur, inquit, fascinum proprie infantibus nocere, & ætati parvulæ, & his, qui firmo necdum estigio figunt gradum. D. Thomas ibidem, ex Avicenna. Vetulæ visu nrenti, & aspectu invido fascinant pueros, qui ex hoc infirmantur, & evomunt cibum. Quicquid sit de fascino, de quo & hi dubitant Patres, ô quàm verum, quasdam mulieres, non solum juvenes, sed & viros ipsos, & annosos oculis fascinare, ac veluti ebibere, unde miser languent! Urit, urit videndo fœmina, præsertim juvenis. Heul nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Erat juvenis

A ille pinguis spiritu, gratiæ veluti succi plenus, infirmatur, languet, Sacramenta rejicit. Unde? Mulieris est oculo fascinarus.

Ut pertimuit Bernardus, ne mulieris oculo fasciaretur! Quadam vice, dum fœmina oculos aliquamdiu tenuisset, cœtinuò ad se reversus, & de seipso erubescens, apud semetipsum in seipsum ultor severissimus extitit: stagno quippe gelidarum aquarum (quod in proximo erat) collo tenus insiliens, tam diu inibi permansit, donec penè exanguis effectus, per virtutem gratiæ cooperantis etiam à calore carnis concupiscentiæ totus resiguit, induens illius castitatis affectum, quem induerat, qui dicebat: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne quidem cogitarem de virgine.* Sic, sic, Fratres, oculi sunt abnegandi, ne quid curiosus audeant intueri, néve Deus districtè puniat, quod nos nihil esse putamus.

*Ve Bern. curiositate oculi castigavit.*

*In Vita l. 1. c. 3. Oculorum suorum levem incuriam graviter vindicavit S. Bernardus.*

*Iob. 31.*

C Legitur, quòd soror Sancti Damiani apparuit ei obitum, & dixit, se esse in maximis pœnis. Et ipse Sanctus Damianus quæsit, quam ob causam in tantis esset pœnis, cum tamen sanctæ vitæ fuisset? Respondit, hanc esse causam, quòd semel steterat in camera sua, & audivisset in platea cantus chorizantium cum aliquali dulcedine? Et quia de hoc in præsentem vitam non egisset pœnitentiam, per quindecim dies deberet puniri in Purgatorio. Quid, si non audisset solum, sed etiam de fenestraludentes, ac lascivè intuentes aspexisset? &c.

*Flor. Harle. l. 2. c. 25.*

*Soror S. Damiani pœnis Purgatorij cruciatur, quòd solius vocibus chorizantium aures admovisset.*

Claude, claude oculos, & claudes Infernum, multòque magis Purgatorium.

*August.*

B Sed in hujus Puncti calce, ad oculorù, Oculorum secretiùsq; oris modestiam tuendam, libeat castissimi juvenis recens, nostrique ævi Ioan. Berchivivum exemplar in medium afferre. Nuper è sanctissima Soc. Jesu Joannes Berchmans, Flandro-Belgarum virtutum omnium præstantia, ac perfectione, tum oculorum præsertim custodia, ac abnegatione insigniter emicuit. Oculos (veluti scribunt Ceparius, & Hermaugus in Vita) adèd in officio tenebat,

*Ioan. Berchmans. natus 22. obiit Roma 1621.*



*Ceparius, Ep.  
Herm. in Vita.*

ac tale cum eis pepigerat fœdus, ut nunquam è terra eos attolleret, nisi ratione, aut necessitate cogeretur. Ea re nunquam, nisi in principio, ad internoscendum, eos aspiciēbat, quibuscum loquebatur.

Ad Magiltri cubiculum quoties itabar, quòd jam nosset, quem conventurus erat, nunquam nisi dejectis ad terram oculis, accedebat.

A naturâ comparatum est, subitis, novisque in casibus eò oculos converti, unde strepitus exaudiratur: Joannes ne tum quidem commovebat sese. Affirmâr quia etiam plures juvenum externorum, qui scholas cum eo frequentarunt, deditâ operâ sapius diversâ se gymnasii parte sonitum esse machinatos, ut in eam partem oculos ejus advocarent, nec id tamen unquam evenisse.

Scripto expresserat aspectum mulierû instar basilisci evitandum: nec earum modò, sed & virorum intuitum domi, foris que interdixerat sibi, tamque depressos continenter gerebat oculos, ut ne ii quidem, quotiâ e familiariter eo utebantur, cujus demùm coloris ejus oculi essent (quòd nunquam eos videre licuisset) indicare possent. Et plures retulerunt, sepius in illum, & diu fuisse intuitos, eo studio, ut quales haberet oculos, observarent, nec potuisse deprehendere, cum oculos eo temporis spatio non sustulisset. Rogatus quondam à cubiculi sui contubernali, quid faceret, animo semper ad se revocando segregandèque à mortali- bus rebus, respondit: Præsentissimum remedium, fida cordis custodia (quæ cum obtineri non possit, nisi frænati sint oculi,) oculorum insuper perpetua in potestate retentio.

Atque hos subigebat non solum avocando ab aspectu hominum, sed ab intuitu etiam rerum omnium exquisitarum, quòd pascere eorum curiositatem dedignabatur.

Hinc nunquam adduci potuit, ut hortos, vineasque, quæ Romæ in admiratione sunt, ullasve res alias inspectum irer: ne solennes quidem illas equitationes, quibus crebro Romæ Cardinalium, Principum, Legatorumve adventus insigni

A pompa excipiuntur, in quas si fortè ex itinere incidisset, præteribat oculis in solum defixis.

Nunquam à sodalibus persuaderi potuit, ut vel ad spectandas cæremontias, quæ Romæ Pontifici Maximo recens creato in D. Petri Basilica adhibentur, vel ad spectacula ulla videnda prodiret: acquiescere se dicebat unâ visâ Supplicatione, quâ Pontifex circumtulera sanctissimam Eucharistiam. Tanta erat despicientia rerum externarum.

Post mortem hanc inter cæteras schedam sua manu scriptam reliquit. Modestia virtus est, quæ motus omnes animi, corporis, que cum honestate, & decencia moderatur. Ejus virtutis actiones continentur Regulis à B. P. Ignatio de modestia scriptis. Incitamenta, quæ ad ejus observationem invitant, ista sunt. Primum, imitari modestiam, verecundiamque B. Virginis, quæ iis virtutibus excedebat, ut eâ conspectâ dixerit Dionysius Areopagita, quòd nisi aliter per fidem esset eductus, pro Dea illam fuisset veneraturus. Secundum, Sanctus Ignatius multis lacrymis, quæ de modestia reliquit præcepta, sapius irrigavit. Tertium, immodestus injuriam facit passioni Christi, qui nostram scilicet immodestiam, membrorum suorum omnium cruciatibus expiavit. Quartum, immodestus Matris nostræ Societatis, cui nos cordi ad eò sumus, pudorem onerat, lætitiâ corrumpit, formamque commaculat. Quintum, Dei undequaq; præsentia modestos continere nos debet. Sextum, modestia singularem quâdam gloriam singulis membris nostris conciliamus. Septimum, Sancta Thecla sententiam capitis expectans, nunquam oculos attolere voluit, præ modestia, verita circumstantes intueri. Octavum, Religiosis quidam coactus vado flumen transmittere, dum pedes nudare præ verecundiâ trepidat, prodigiosè in alteram se ripam transportatum sensit, &c.

His præsidii, atque artibus Joannes ad summam modestiæ excellentiam, oculorumque imperium nitebatur. Nec minore studio reliquorum membrorum dominatum,



minatum, gestuum, vestitusque decen-  
tiam omni loco, ac temporum occasio-  
ne procurabat, nihil ut sit mirum, ad e-  
modestiam ejus omnibus fuisse admira-  
tioni, tantisque à virtute illa fuisse lau-  
dibus commentatum.

De abnegatione auditus.

PUNCTUM CXV.

Abnegatio au-  
ditus quid.  
Psal. 14.

**A**uditum præsertim abnegat, qui mur-  
murationes non excipit, qui seipsum autem  
suam spinis, ne linguas detrahentes audiat.  
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo,  
aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui  
loquitur, &c. & opprobrium non accepit ad-  
versus proximos suos. Hieron. ex Hebr. Et  
opprobrium non sustinuit adversus proximos  
suos.

Prov. 4.  
Detractio pestis  
contagiosa.  
Exod. 5.  
Hebr.  
Psal. 1.  
Hieron.  
Psal. 90.  
Hebr.

Remove à te os pravum, & detrahentia la-  
bia sunt procul à te; quia scilicet detractio  
pestis est, quæ eos, qui propè sunt, facile  
infect. Sic infect. Sic in Exodo: Ne forte  
accidat nobis pestis. Aliqui ex Hebr. Ne forte  
accidat nobis linguas, quasi eas sit pestis in-  
ficiens. In cathedra pestilentie. Hieron. In  
cathedra irrisorum. Ipse liberavit me de la-  
queo vanitatum, & à verbo aspero. Hebr.  
Et à peste celeriter necante. O quam infecti,  
& quam celeriter! nulla etenim pestis  
grassatur magis.

Psal. 72.

Nec in eos solium, qui propè sunt, sed  
etiam in eos, qui procul. Posuerunt in ca-  
lamos suum, & lingua eorum transivit in  
terra, &c.

Isa. 6.  
Hebr.

Detractio peccatum est sine lege. Di-  
cit id Isaias, aut melius de eam, dixit Ange-  
lus ad Isaiam quondam aulicum: Et pec-  
catum tuum mundabitur. Hebr. Et pecca-  
tus tuum sine lege mandabitur. Cur, quæ  
sine lege, murmura in se dicta est? Quod legem  
ullam non servat, non parcit inimicis, nec  
amicis, non operibus malis, nec bonis,  
non secularibus, nec regularibus, nec su-  
perioribus. Sine lege.

Psal. 54. 13.

Nonnulli amici detrahebant David,  
unde dolebat. Si inimicus meus maledixisset  
mibi, sustinuissem utique. Tu vero homo una-

**A** nimis, &c. non parcit amicis. Nec operi-  
bus bonis, detractor enim tam bonis,  
quàm malis operibus detrahit. Tota die ex-  
probabant mihi, &c. Quid? homicidium?  
adulterium? Nequaquam, sed quia cinea-  
rem tanquam panem manducabam, quia  
pœnitentiam agebam, de pœnitentia mur-  
murabant. Peccatum sine lege, quod nec cœ-  
lo, nec terræ parcit.

Detractor nulli  
parcit, ne Deo  
quidem, aut  
Sanctis ejus.

Psal. 72.  
Alij.  
Chald.

**B** Posuerunt in calamos suum, & lingua eor-  
um transivit in terra. Chald. Posuerunt in  
Sanctos calorum os suum, & lingua eorum us-  
sit Sanctos terra. Unde David: Tota die con-  
tristatus ingrediebar. Alii: Denigratus, atra-  
tus ingrediebar, peccatum sine lege.

Hac de causa detractores assimilantur  
sepulchro: Sepulchrum patens est guttur eo-  
rum. Sepulchrum patens ad cadavera inhiat,  
omniaque indistincte recipit. Væ his, qui  
huiusmodi sepulchris sepeliuntur.

Psal. 13.  
Detractores  
sunt sepulchra,  
eas, patens.

**C** Sunt quedam sepulchra, intra quæ vel  
mortuus quisquis intrat, redivivus egre-  
ditur. In sepulchro Elisei positus quondam  
mortuus, mox vivus egressus est. Talia  
sunt sepulchra justorum, in quorum ore  
vel mortui quasi vitam acquirunt: taliter  
enim loquuntur vel de peccatoribus, ut  
eos quodammodo honoris vitæ animare  
videantur. Alia verò sunt sepulchra, in  
quæ vel vivus, justus scilicet ingrediens,  
statim moritur.

4. Reg. 23.

De his Propheta: Pharetra ejus quasi se-  
pulchrum patens. Quæ comparatio hæc? Ad  
litteram: Ad eum infectas veneno sagittas  
jaculabantur, ut tactus sagitta mox mox  
ad sepulchrum deducendus esset. Talis  
omnino est lingua detrahentis: tactus e-  
nim murmurationis sagittam mox in sepul-  
chrum subinfertur infamiæ, ac mortui,  
sepultique nominis.

Jerem. 5.

**E** Qui tetigerit sepulchrum, immundus erit  
septem diebus. Numerus septenarius, nu-  
merus aternitatis. O quam verum! qui  
tangit, aut qui tangitur ab his sepulchris,  
semper remanet immundus.

Lev. 19.

Sepulchrum patens. Oportet hoc esse tē-  
pore pestis, quo tempore maximè patent  
ob mortuorum frequentiam. Verè ora  
murmurantium sunt tempore pestis se-  
pulchra patientia, ad semper detrahendū,  
& in se quemlibet claudendum. Sūt quidā,  
qui



qui non omnibus, sed inimico detrahunt. hi sepulchra sunt clausa, sed aliqui de omnibus murmurant, sepulchra patientia. Conceptus est Origenis.

Origen.

Clausa sepulchra dicuntur ii, quos aliquantulum pudor prohibet proferre ad publicum crimina: pateas vero ii, qui impuritates in propatulo habent quibus usus scelerum, quod est ex malis ultimum, verecundiam sustulit, ut proferant verbum Diaboli.

Ex sepulchris ossa arida extrahuntur. Sic intrat ille indurus virtutibus, exit in hominum opinione omnino exutus. Sepulchrum patens est guttur eorum.

Hieron. Detractores canes sepulchrales.

Hæc sepulchra in mentem reducant quosdam canes, de quibus meminit Hieron, quod cadaveribus edendis sint assueti, qui propterea canes sepulchrales dicti sunt. His perfimiles sunt detractores, quin his multo peiores, quippe qui murmuratio- nis deate vivos, neque solum mortuos lacerant.

Quantum malum efficit lingua mordax? Dixit quodam in loco David, sed Inter- pretes non posse satis explicare videntur. Dilaxisti omnia verba precipitationis, lingua dolosa. Verè precipitium est lingua maledicorum, à quibus honor, & clara notitia cum laude precipitatur. Inquit Jacobus: Lingua inflammat rotam natiuitatis nostræ. Syriac. Series genealogiarum nostrarum. Ille natus est ex tali, qui fuit, &c. precipitat. Erat ille in vertice dignitatis honoris, lingua eum precipitat. Mulier illa summâ erat in æstimatione in corde mariti, lingua eam ab illo amore precipitat. Verba precipitationis. D Hieron. Verba ad de- vorandum. Alii. Verba perditionis, corruptionis, absorptionis, glutitionis, demersionis, voraginis, depressionis, oppressionis, dissipationis, abscon- sionis, perniciet. Hæc omnia infert effiz na- ta lingua, &c.

Psal. 51.

Jacob. 3. Syriac.

D. Hier. Alij apud Lorinum.

Psal. 49. Græc. Agell.

Hebr.

Ostium abundavit malitia. Græc. In ore tuo crevit malitia. Et lingua tua concinnabat dolos. Agell. Et lingua tua ad instar radij tex- toris. Sunt quatuor, aut quinque vitupe- rantes, & commorantes in circuitu: ille filum ponit, alius aliud: sic telam inextricabilem murmuratio- nis texunt. Hebr. Os tuum laxasti ad malum, hoc est, linguæ str-

na laxasti. Sed notandum est illud: Crevit malitia. O quam verum & illud: Con- Detractorum cinxerat dolos, quod est aptè componere, & quinam pessimi ornare dolos, ut hi faciunt, qui suam de- tractionem perpoliunt, & exornant, ut magis detrahant, ac vituperent.

Exploratores illi ut prius bene loquuti sunt de terra promissionis! Venimus, in- quiunt, ad terram, ad quam misisti nos, qua reverà fuit lacte, & melle, sed devorat habi- tatores suos. O pessimum detrahendi genus!

Detractionem concinnatam! Ubi Lyr- anus pessimam detractorum naturam ob- servat, qui vel bonum sumunt in dete- rius. Dominus plerisque terræ illius oc- cidit, quò filii Israël facilius ingrederen- tur; at illi de hoc murmurabant: Terra de- vorat habitatores suos.

De his Salomon in Prov. Remove à te os pravum. Sept. Remove à te os obliquum. Sept.

Videntur os rectum habere, sed ò quã obliquum habent!

Comparat Propheta murmuratores carbonibus, quia aut comburunt, aut in- ficiunt: Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorius. D. Hier. loco, desolatorius, ex Hebr. legit, cum carbonibus juniperorum, & subdit: Ferunt, juniperum ignem multo tempore conservare, ita ut si prunæ ejus cinere contactæ fuerint, in annum perdu- rent. Servabit ille per annum opertum murmuratio- nis ignem sub cineribus jam demortui; & tamen educet, &c.

Sed qui alteri detrahit, sibi nocet. Dixit injustus, ut delinquat in semetipso. D. Ambr. legit: Ut delinquat sibi. Alibi: Infirmata sunt contra eos lingua eorum. Chald. Offenderunt seipso lingua sua. Sic Cum mihi molesti essent, inducbar cilicio. De his ibi: Conversi sunt in arcum pravum, Ubi Hieron. Arcus pravus est, qui dum contra inimicos sagittas pu- tatur jacere, sauciat tenentem. Item: Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Hebr. Græc. & Chald. Tangit pupillam oculi sui, & Vatab. Sibi ipse nocet. Et non liberabit maledi- ctum, seu maledicum à labiis tuis. Quid? Ab alienis, an suis? A suis: nam dum alteri de- trahit, sibi nocet.

Quin ex observatione Orig. sibi nocet, & aliis prodest. Dicit id pulchrè Origen, ad illa verba: At non talis servus metes Moy- ses, Orig. ibid. Et aliis utitur.

Detractorum quinam pessimi

Numb. 13.

Lyr. ibid.

Prov. 4.

Sept.

Psal. 119.

D. Hier. ex

Hebr.

Detractores

carbonum

similes.

Psal. 35.

D. Ambr.

Psal. 63.

Chald.

Psal. 34.

Detrahor sibi

ipso noxius.

Isid. Clar.

D. Hieron.

Zach. 1.

Hebr.

Vatabl.

Num. 12.

Sept. 12.



tes, qui in omni domo mea fidelissimus est. Nūquam, inquit, invenimus Dominum tantum laudasse Moysen, quantum nunc, cum detrahitur. Vide, quid sibi pœnæ obtrectantes contulerunt, quid illi laudis. Sibi turpitudinem, illi splendorem, sibi lepram, illi gloriam.

Quo loco notanda est detrahentium proprietates, qui si quid tenebrarum vidēt, illic oculus figunt. Habebat Moyses mille splendores, hi oculos in uxorem ejus Æthiopiā defigunt. *Vi sagittent in obscuro rectos corde.* Hebr. *Vi sagittent in obscura Luna.* Ut luminare, ut oculus mundi est Luna! Sed habet quādam aut umbras, aut densitates; in has oculus fertur. Superior est horologium in monte, de ordinationē vel minimam omnes notant.

Sed observandum, quantum indignetur Deus in eos, qui de Superioribus obloquuntur: *Quare, inquit Dominus, non timuisti detrahere servo meo Moysi? Iratusque contra eos abiit, nubes quoque recessit, quia erat super tabernaculum.* Duo hic fecit Dominus ad instar valde irati, & excaescentis: abiit, & nubem quoque secum adduxit. Quo, Domine? Ut reducam eam gravidam sagittis, quibus hi sagittentur, qui in obscura Luna sagittant.

Facta Præceptorum, inquit Greg. oris gladio feriendi non sunt, etiam cum recte reprehendenda videntur. *Surrexit David, & præcidit oram chlamydis Saul sileter.* Ubi Greg. Quid per Saul, nisi Rectores, quid per David, nisi subditi significantur? O quam in hoc similes David, qui si verentur mittere manum in Christum Dominum, nec volunt occidere, libenter tamen oram chlamydis præcidunt, hoc est, honoris vestem, si non lacerant, diminuunt.

Sed posthac percussit David cor suum, eod quod abscessisset oram chlamydis Saul. Et subditi tales, addit Gregor. ad semetiplos redeunt, seque de tenuissima laceratione reprehendunt.

Emunctoria candelabri aurei ex auro putissimo.

*Diis non aetrahes, & populi tui Principi non maledices.* Et. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.*

A *Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron: Vtinam mortui essemus in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate! Frequens quasi ubique murmuratio de ollis carniū, & de pane recenti in saturitate. Ubi Orig. de animadversione Domini contra tales dissetens: Et nos, inquit, si non cessamus a querelis nostris, quas frequenter habemus ad versus Rectores, simile offensionis incurtemus exemplum.*

Ubi præterea notandum, quod supra tetigimus, tunc solum Moysen superioritatis sensisse onus, cum populus de cibo murmuravit: *Sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Unde mihi carnes, ut dera tantæ multitudinē? Flect coram me, dicentes: Da nobis carnes, ut comedamus. Non possum sustinere hunc populum, quia gravis est mihi.*

Sed valde timendum est, quod Moyses, & Aaron dixerunt: *Audivit Dominus murmur vestrum, nos verò quid sumus, quia misistis contra nos, nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum?* Loqui non poterat in hac materia verbis magis propriis, quam iis, quibus ad vivum gulosos detractores depingit. *Flect quotidie coram Superiore, & eo absente inter se mulsistant: Panis hic non est recens. Vinum hoc non est dulce. Recordamur piscium, in mentem nobis veniunt pepones. Verba præcipitationis. Alii: Verba gulositatis. Sed & Moysi intoleranda res visa est: Non possum sustinere hunc populum, quia gravis est mihi.*

Miseri Superiores scopus sunt sagittarum linguarum. *Posuit me quasi signum ad sagittam; dicere potes Superior.*

Sed benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelivistis eum. Ubi Gloss. per istos, qui sepeliunt Saul, significantur illi, qui cooperire student turpitudinem Superioris sui, non revelare, ut fecit Cham: & hi benedicentur, sicut qui contra faciunt male dicentur.

Horri-

Psal. 10.  
Hebr.

Num. 12.  
Detractores  
quàm exosi Dei

1. Reg. 24.  
D. Gregor. 3. p.  
Psal. 1. 5.

Exod. 22.  
Psal. 104.

Exod. 16.

Orig. ibid.

Num. 11.  
Detractores  
subditos ferre  
non potuit  
Moyses.

Exod. 16.

Detractores  
gulosi Israeli-  
tarum mur-  
muratorum  
similes.

Thren. 3.

2. Reg. 2.

Gloss.



1. Reg. 6.  
D. Greg. 5.  
Mor. 10.

Hebr.

Exod. 8.

Stephan.  
Detractionis  
verba sunt  
cyniphes.

Detractiones  
ex oburgatio-  
nibus etiam  
apud spiritua-  
les nasci solent.  
Detrahitio-  
viti-  
um diaboli-  
cum.  
Psal. 40.  
Hieron.  
1. Tim. 3.  
Grac.  
Gen. 37.  
Detrahitio-  
lingua est in-  
fernalis.

Gen. 37.  
Hebr.  
Detrahitio-  
viti-  
um pessimum

Horribilis historia de contactu Arcae: *Extendit Oza manum ad Arcam Dei, & percussit eum Dominus super temeritate, &c. D. Greg. Arcam dicit symbolum Superioris, qui ex condescensione, & compassione proximi inclinatur: sed Oza Levites manum reprehensionis contra Arcam extendit, dum subditus tumide Superiorem corripit; nequaquam enim quis Sanctorum corrigere recta presumeret, nisi de se prius meliora sentiret. Unde re. Sc. Oza Levites dicitur, quod robustus Domini interpretatur, quia presumptores nisi robustos se in Domino crederent, non meliorum facta, veldicta, velut infirma judicarent.*

Uti Superiores uti virga incipiunt, qua subditorum pulverem excutiant, mox cyniphes detractionis nascuntur. Sic mystice Dominus ad Moysen, & Aaron: *Percutite pulverem & erumpant cyniphes, tam in hominibus, quam in jumentis. Ubi Stephanus: Cyniphes sunt sermones detractionis; virga, directio sermonis. Hac debet percuti pulvis, id est, vita malorum reprehendi, & sic nascuntur cyniphes: quia dum impius acriter reprehenditur, vel occulte tibi detrahit, vel in aperto contumeliam facit. Sed quid est, quod cyniphes, dum pulvis percutitur, non solum in jumentis, sed etiam in hominibus nascuntur, nisi quia ad exussione pulveris ipsi jam pene spirituales murmurant?*

O vitium diabolicum! Ita est, Fratres mei, detrahitio, vitium diabolicum est. *Verbum iniquum constituerunt adversum me. Hieron. Verbum diaboli constituerunt adversum me. Sic Apost. Multiores non detrahentes, Grac. nox diabolicus. Lingua inflammata a gehenna. Hebr. lingua Inferni! quid amplius dici potest? Audistisne linguam Paradisi? Quanam ea est? Quae benedicit, quae Seraphinorum quasi amulatrix, a Paradiso dicitur inflammata. At quae nostrae inflammata dicitur a gehenna, quae detrahit. O vitium! o vitium!*

Vitium tale est, ut in Scriptura dicatur pessimum: *Accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Quid hoc sit, laborant interpretes: proprie ex Hebr. De obloquutione, seu infamia rumore accepta, & perlata.*

A Murmurabant itaq; illi, & Scriptura murmuracionem crimen pessimum appellat.

O quam pessimum! Hinc Evangelistae inter murmuracionem, & Christi crucifixionem non distinguunt. Quidam Evangelista ait (concepit est D. August.) hora sexta crucifixerunt Dominum, & quida, hora tertia. Si non intelligamus, perturbamur. Conciliat August. Alter loquitur de crucifixione linguarum. Et vos, o Judaei, qui occidistis, unde occidistis? Gladio linguarum, acuisistis enim linguas vestras, & quando percussistis, nisi quando clamastis, crucifige? Ah pessimum, & impiissimum simul detractionis vitium!

B *Benè David noverat damna, quae hoc vitium infert, dum clamabat: Deus, laudem meam ne tacueris. Quid? a Deo laudari vis, quem omnes creaturae collaudant? Immo, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. q. d. Si Deus ipse non me laudat, de bono nomine actum est.*

C *Aulicorum presertim id vitium est. Veru musca gravissima, (quae semper putrem partem requirit) in domo Pharaonis, & servorum eius, & inde in omnem terram Aegypti, corruptaque est terra ab hujusmodi muscis. In terra Sennaar (factore dentium) confusa sunt lingua eorum. Sermo eorum, ut cancer serpit.*

D *Quid, quod etiam qui spiritum profitentur quandoque murmurant? Servierunt filij Israhel Eglon (quod est solenne murmur) Regi Moab.*

*Sepe ergo aurem tuam spinis. Utinam & linguam, subdit Ambros. O quam necessaria est, Fratres, custodia linguae! o quam orandum est Deus ut auferat ranas a nobis. spiritum loquacitatis!*

E *Os impiorum redundat malis. Chald. Eructat. Alii: Evomit mala. Ducta metaphorà a vinolentis, & a fluxibus, qui ex alluvione excrescunt, & alvei fines superantes, agros late inundant. Sic Jansenius.*

*De his similiter: In ore stultorum cor eorum. Quid? cor habent in ore? Habent, ait Hilar. Quia nihil ex rationis consilio tractantes, & cordis meditatione pendentes, temerario tantu motu linguarum inconsulte responsiones fortuitas, & inconditas eloquuntur: atque aded in ore stultorum*

D. August.  
Psal. 63.

Psal. 108.

Exod. 8.  
Detractionis  
vitium aulicis  
familiare.

Gen. 81.  
2. Tim. 2.

Judic. 3.  
Hebr.  
Ecol. 2. 8.  
Ambros.

Prov. 25.  
Chald.  
Aly.  
Janzen.

D. Hilar. in  
Psal. 51.  
Stultus cor in  
ore habere  
dicitur Cur?



cor eorum est; quia non quod cogitaverint, loquuntur, sed quod loquuti fuerint, cogitabunt.

Hinc Apostol. Jacobus: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam frano circumducere totum corpus. Quo loco nomine corporis omnia vitia intelligenda sunt, quæ sunt veluti membra corporis peccati. Sic Chrysof. Hier. & Thomas Cajet. autem legens: Circumducere totum corpus actionum suarum, tanquam frano, docet ex moderamine linguæ totum hominem moderari.

Quod quàm difficile sit, dicit S. Jacobus: Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & exserorū, vel juxta alios, cetorum, aut marisorum (indisciplinabiliū) domantur, & domita sunt, linguam autem nullus hominum domare potest, in quietū malum. Alij: Incoercibile n. alium.

Sed observandum est, quod observat August. non dixisse Apost. linguam nullus domare potest, sed, nullus hominum: ut cum domatur, Dei misericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri fateamur.

Quod Dei auxilium David flagitabat: Pone Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis. Ubi notandum illud, ostium circumstantia, loci nimirum, temporis, personæ, &c. q. d. Da mihi Domine, ut non nisi enim his circumstantiis os meum aperiam: ne thesaurum cordis, ac virtutum aperto ore deperdam, inquit Ambros. & Chrysof. Quod Phariseo illi contigisse affirmant, qui dum ori suo fores non appoluit, paucis verbis, quæ intus erant, perdidit, &c.

Tenendus est modus vel in verbis bonis: Et silus à bonis. Dorotheus doc. 24. de compunctione, petita similitudine à clibano, qui aperto ostio brevi calorem exhalat, ostendit, eum, qui non novit os suū claudere, spiritum evaporare, quod eleganter quidam in terrastico:

Vsque suum sensim perdunt hypocausa calorem.

Ni siudeas classas semper habere fores. Sic quoque, quàm par sit, si sepius ora recludas,

Paulatim è medio pectore fervor abit.

Hinc Ambros. ad illud Prov. Labia sapientiarum a Scriptura selecta.

A tis alligata sunt intellectu. Cum vides, inquit, dentibus prorervis sapientem tacere, dic: Ligavit iste intellectu labia sua.

Quam labiorum alligationem sorori D. Bernard. suadebat Bernardus: Alliga, moneo, sermonem tuum, ne luxuriet: sit restrictior, & ripis ipsis coercetur, citò lutum colligit amnis exuadans.

Obib David: Posui ori meo custodiam, Psal. 13. cum confisteret peccator adversum me. Alij: Alij.

B Servabo os meum capistro, dum fuerit impius coram me. Hieron. declarat, quodnam capistrum hoc sit. Custodiam, inquit, os meum Psal. 140. silentio. Pone, Domine, custodiam ori meo. Alij: Silentium capone, Domine, observationem super ostium labiorum meorum: ut vel à longè intrantes mentis conceptiones ad stateram rationis prius, quàm ad linguam veniant. Alij: Custodi, Deus, ostium labiorum meorum. q. d. Fac tunc ipse Deus, sis linguæ custos: quia Domini est gubernare linguam. Adhuc Alij: Custodi elevationem labiorum meorum: quia si semel eleventur, linguam nostram magnificabimus. Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? &c. A tum est. Eapropte: Hieronymus transfert: Serva, D. Hieron. Domine, paupertatem labiorum meorum. Ex Titelm. hoc est, ut simparcus in verbis, Titelm. ibid. ac deficiam in circumstantiis, ubi, quando, coram quo, &c.

C Pone Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis. Metaphora petita à censoribus, seu portarum exactoribus, qui quaslibet intrantes merces perquirunt, trutinant, in libro adnotant, ut nimirum vestigaliū rationem reddant. Pone ergo, Domine, custodiam, quin observationem super ostium: ut vel à longè conceptum verbum prospiciam, ac noverim, an ad linguam veniat. Quinimmo Custodi elevationem ipsam, ne unum pro alio videat. Denique, custodi tu, Deus ostium labiorum meorum, ne corrumpantur custodes, id est, ipsa tacendi proposita, ne speculatores, rationes prudentiæ seducantur, aut fallantur, quia nemini fido.

Quid mirum? Et lingua ignis est, univertitas iniquitatis. Græcè. congeries iniquitatis. Oecumenius, promptuarium iniquitatis. Prohibe linguam tuam à malo. A quoniam, ô Prophetæ Ab omni. Basil. ibid.

Yy Iratus

D. Bernard. l. de ord. vita.

Psal. 13.

Alij: Alij.

Hieron.

Psal. 140.

Alij: Silentium capone,

Domine,

Alij: Silentium capone,

Domine,

Alij: Custodi,

Deus,

Psal. 140.

Titelm. ibid.

Hieron.

Titelm. ibid.

Oecumen.

Basil. ibid.

Psal. 33.

Basil. ibid.

Yy

Iratus

Iac. 3. Lingua moderata omnium vitiorum infrenatio. Chryf. Hieron. D. Thomas. Cajet. Estotius hominis moderatio. Iac. 3. Lingua solo Dei auxilio domari potest. Alij. Vatabl. D. August. de nat. & grat. c. 15. Psal. 140. Lingua habens ostium circumstantia quoniam. Ambros. Chryf.

Dorothe.

Prov. b. 5.

Iacob. 5.

Græcè.

Oecumen.

Psal. 33.

Basil. ibid.



*Pfal. 11.*  
Iratu es? mox lingua occurrit. Concupiscentia teneris? Habes & hinc linguam, &c. Praxis de ambitione. Linguam nostram magnificabimus. De avaritia, Sicut novacula acuta fecisti dolium. Ab omni, ab omni.

*Prov. 10.*  
*Chald.*  
*Orig.*  
In multiloquio non deerit peccatum. Chald. In multitudine verborum non cessat peccatum. Origen legit: Non cessabit peccatum, id est, non intermitteretur.

*Ecl. 28.*  
*D. Ambros. l. 1.*  
*offic. c. 3.*  
Optimum Ecclesiastici consilium: Verbis tuis facito stateram. Ad quæ verba Ambros. Lingua tua menti subdita sit, ad mensuram sermones proferat libra examinatos justitiæ, ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus. Et ad illud: *Aurum, & argenteum tuis alliga.* Argenteum tuum, inquit, eloquium tuum, os quasi aurum, & argenteum claudendum, ne furibus pateat, sed claverationis aperiuntur pro loco, & tempore.

*Ecl. 22.*  
*Silentium in violabile Syracusis.*  
Id quod Ecclesiasticus peroprabat, Quis dabit labiis meis signaculum certum? Proponunt aliqui servare silentium, sed ex mentis levitate incerti sunt, an idem sint servaturi, nam mox loquuntur: Quis dabit labiis meis signaculum certum? inquit Ecclesiasticus: q. d. Quis mihi det, ut cum statuo servare silentium, certò idem sim servaturus? Alij ex Hebr. Quis dabit labiis meis signaculum astutum? Ducta est metaphora à quibusdam seris ad ed. artificiosis, ut qui artificium non novit, referare non possit. Optat ergo Ecclesiasticus labiis suis astutum signaculum, quod non ira, non superbia, non simulatio valeat aperire, sed sola ratio, ac prudentia illud referandi pro loco, & tempore copiam habeat, & artem noverit.

*Hebr.*  
D. Hieron. epist. ad Celant. Div. inquit, antè considera, quid sit: & adhuc tacens provide, ne quid dixisse poeniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra dispenset, unde Scriptura dicit: *Verbis tuis facito stateram.* Si enim hoc facimus in auro, multò magis faciendum est in verbis, ut nihil desit, nihil redundet.

*D. Hier.*  
*Ecl. 28.*  
*Prover. 3.*  
*Ambros.*  
Fili, ne desinas. Ubi Ambros. Quicunque est facilis in verbis, velut plenus rimarum hac, atque illac effluens, interio-

ra evacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur.

Taciturnitas est consiliorum thesaurus: dictum unius ex Sapientibus. *Silentium consiliorum thesaurus.*

Apost. Si autem omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. *lac. 1.*

Moyles in Exodo dicitur fuisse impeditioris, & tardioris linguæ. Sed quomodo in A& Apostol. dicitur ex ore Stephani, Potens in verbis, id est, eloquens, juxta *Exod. 4.*

Orig. expositionem? Author Græcus in Catena ait, Moysem fuisse tardum ad loquendum, quia ita se assuefecerat, ut tutius cautius, que loqueretur, & hæc tarditas eloquentia dicta est Bernard. sententia: Verba tua bis ad limam rationis veniant, antequàm semel ad linguam. *A&. 7.*

D. August. ad ea verba: *Argentum igne examinatum purgatum septuplum,* ait, cum argenteum eloqui septemplici dono Sancti Spiritus examinatum est, timore scilicet, pietate, scientia, intellectu, fortitudine, consilio, sapientia, & ejusdem Spiritus igne purgatum, tunc perfectum est. *Origen. Auth. Græc. Silentij observator Moyse. Bernard.*

### De abnegatione gustus, odoratus & tactus.

#### PUNCTUM CXVI.

**E**scar ventri. & venter escia. Deus autem, 1. Cor. 6. & hunc, & has destruat. Notat Anselm. D. Ansel. ibid. quòd immediatè Apost. Postquam loquutus est superfluitate escarum, consequenter venit ad fornicationem: *Corpus autem non fornicationi, &c.* quia superfluitas escarum, ait D. Anselmus, mater libidinis est. Sic Apost. *Quorum Deus venter Philip. 3.* est, & (mox) gloria in confusione, id est, luxuria. sic, non in cubilibus, & impudicitia. *Rom. 13.*

In gignenda luxuria concurrunt hi sensus gustus, odoratus, & tactus. Date flores Moab. Hebr. De patre genito. Moab enim ex patre, & filia natus est. Is floribus delectatur. Sic, qui flores applicabant ad nares, erant cum mulieribus Adonidem plangentibus. Plato in Symposio: Amor inter flores habitat. *Ezech. 1.*

Sic,



Sic, ut ex D. August jam diximus, non dicatis mihi, quod animum habeatis pudicum, si oculos habeatis impudicos: oculi immodesti non sunt casti. Idem vocabulum Græcum *σωφροσύνη* significat modestiam, sobrietatem, & castitatem.

Sic Rom. 12. *Sapere ad sobrietatem. Sapere ad pudicitiam*, legit Hieron. *Oportet Episcopum sine crimine esse sobrium*, Græc. *Pudicū*, &c.

Vitandæ omnes occasiones, & maxime vigilandum. *Stringes tunicam bysso.*

Hebr. *Oculatibis tunicam bysso.* Candidam castitatis vestem constringes tibi, ad quam custodiendam centum tibi oculi pernecessarij: quia hostis omnibus utitur artibus, ut Regum baltheum dissolvat, hoc est, eos, ut ait Gregor, qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, qui non immerito Reges vocantur, per aliquam elationem in immunditiam cadere faciat. Lilia (castitatis) etsi super capitella columnarum reticula cernebantur: ut intelligas, ad quamcunque probatam, ad quamlibet vel altissimam castitatem, Dæmonem sua retia tendere. Hinc Cant. 8. *Si murus est, adificemus super eum propugnacula*, &c. Ubi Soto major: *Ut insinuet, inquit, aliquid bellicum, id est, arduum, atque difficile opus esse, virginem, seu virginitatem servare, opusque esse munitione, etsi periculum nullum videatur adesse.*

Scit peculiari modo sanctitatem quasi sitam in castitate, & idè pluries sanctitas, & castitas idem sunt. Ad Hebr. *Pacem sequimini*, & *sanctimoniam*, sine qua nemo vidit Deum. D. Chrysof. & Hieron. loco sanctimoniam legunt *Castitatem*. *Omnis, qui habet hanc spem in eo sanctificat se.* D. August. *Castificat se, q. d. Qui cupit videre Deum, debet colere castitatem.*

De castitate summopere conceptum formant homines, castos reverentur. Apost. ad Tit. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate.* Alij ex Græc. *In castitate.* Alij: *In majestate.* *Ut is, qui ex adverso est, reverentur, nihil habens malum dicere de nobis.* Ubi notandum, castitatem, gravitatem, majestatem, reverentiam, idem esse: castitas enim confert majestatem

quandam, & reverentiam, possessori. Conciliat etiam apud ipsos æmulos, qui cum eum, cui invident, castum vident, nihil in eum per injuriam objicere possunt.

Cernunt, omnes ferè præcipites ruere in impudicitias, vident rapacissimum Euphratis fluvium, in quo lumbaria quevis putrescunt, secum cunctos ferè rapere: vident ferè neminem terrea vadere, in quibus totum quasi humanum genus piscator infernalis attrahit: vident, vix ululum esse, qui ab immundo luxuriæ urso tres dentium ordines habente (vel in juvenata, vel in virilitate, vel in senio) aliquo modo tactus non sit. Quod si forte quencquam norint, qui se singulariter continent, eum reverentur, suspiciunt, admirantur, nesciunt, quid mali dicant, non possunt non bene dicere. Habent ipsi ocu-

los *plenos adulterij, & incessabilis delicti*, nescientes cessare, fræni impotentes, incontinentes, se se continere nolentes: libido enim, ut ait ibidem Charrus, quod amplius exercetur, eò plus incitatur, & infrenis, & vaga efficitur: si vident aliquem sic potentem, mirantur, reverentur, &c.

Ut exultationem amittunt incontinentes! *Ruben, progenitus meus, effusus es sicut aqua, non crescat, quia ascendisti cubile patris tui.* Chald. *Ne ascendas, quia, &c.* Quæ paraphrasis subdit, quod hinc, ceu majori, summum sacerdotium, regnum, ac majoratus debeatur, sed ob eam incontinentiam ea omnia amisit. Sic Levi sacerdotium, Juda regnum; Joseph primogenituram accepit. *Effusus es, non ascendas.* Psal. 37. Hinc David: *Tota dies contristatus ingrediebar.* Hebr. *Denigratus ingrediebar.* Ubi Chrysof. Chrysofomus. Non tantum eum ornabat purpura, quantum hujus peccati macula fœdabat.

Hinc Danielis r. eligi debuerant pueri, in quibus nulla esset macula. Hugo Card. maculam vocat luxuriæ infamiam, vel alicujus malitiæ notam. Et Eccli. 33. dicitur: *Ne dederis maculam in gloria tua; hoc est, ne accidat tibi fœdus lapsus in castitate, nam quando resurgeres?*

Nam solum dignitates, & honores, ad quos homines dejecit

*Apoc. 16. Habac. 3.*

*Dan. 7.*

*2. Pet. 2.*

*Chartul.*

*Gen. 49.*

*Ruben sua in continentia profudit omnia sua.*

*Chald.*

*Psal. 37.*

*Hebr.*

*Chrysof.*

*Dan. 1.*

*Hugo Card.*

*Eccli. 33.*

*Libido mala homines infrenat quos homines dejecit*

*Rom. 12. Hieron. ex Hebr.*

*Exod. 28. Hebr. Libidinis occasiones vitanda. Job. 11.*

*3. Reg. 7. Castitatis quam nunquam suavitatis damon. Cant. 8.*

*Castitas & sanctitas idem. Hebr. 18.*

*1. Ioan. 3. D. August.*

*Castitatis summa apud homines existimatio. Tit. 2. Græc. Alij.*



*Jf. 118. Alij.*

quos ascendunt honesti, non ascendunt, sed eousque descendunt, ut minus quam homines habeantur. *Coagulatum est sicut lac cor eorum.* Alij: *Incrassatum est velut adeps cor eorum,* cor animalium. Videbatur ob intellectus sui acumen bonū specimen præbere, &c. Sed post incontinentiam aded rudes apparent, aded stolidi, ut an intellectum habeant, ignores. *David post lapsum, & ante pœnitentiam: Cor meum dereliquit me, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum,* veluti bestia, &c.

*Judic. 16. Samsonem ad molam velut bestiam alligavit.*  
*Num. 5. Rup. ibid. Adultera oblatio hordeum. Cur?*

Samsonidem quod Sol: sed Dalila Solem obsecravit, excæcavit eum, & eum animal ad molam ligavit.

Huc facit, quod in oblatione pro adulterâ hordeum offerebatur, quod est jumentorum pabulum, inquit Rupertus: quia fluxum secuta est jumentorum adultera mulier.

*Gen. 20. Sept. Libido mala ad atheismum perducit.*

Aded excæcat, ut vel ad atheismum perducatur. Abraham ad Abimelech, dum se excusabat, quod apertè non dixisset, Saram esse uxorem, *Cogitavi, inquit, mecum dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto.* Sept. *Forsitan non est cultus Dei in loco isto;* quia luxuria in tantum excæcat, ut fidem auferat.

*Nahum. 1.*

Alium Deum non habent incontinentes, quàm carneum illud idolum, de quo Propheta: *Sculptile, & constatle ponam sepulchrum tuum,* hoc est, Idolum hoc tuum amatum, ac adoratum mors tua erit. O quàm sæpè! ô quàm verè!

*Luc. 8. Nunquam sola.*

Luxuria nunquàm sola. Quondam ad Christum adductus est quidem, qui spiritum habebat immundum: is videbatur habere unum; habebat tamen secum legionem. Sic interroganti Domino: *Quod est nomen tuum?* Respondit: *Legio.*

*Osea 5.*

*Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum* (sed abibunt in omni seclis. *Quare?) quia spiritus fornicationum (non fornicationis) in medio eorum.* q. d. Habent intus fecunditatem omnium seclerum.

*Fœcundum vitium.*

*Exod. 32.*

*Isti sunt Dij tui, Israel.* Si unicum erat idolum, cur Dij tui? *Sedit populus manducare, & bibere.* Et quid inde sequitur? *Survexerunt ludere, vel scortari,* q. d. peccatum sensualitatis fœcundum est.

*Alij.*

Hinc Apost. *Manifesta sunt opera carnis.* Mox catalogum omnium vitiorum recenset, & in fine addit: *& similia:* q. d. innumera alia secum attrahit luxuria, quæ recenseri non possunt.

*Dalila.* Hebr. *paupertas, vel exhauriens opes, & virtutes, sed non vitia.* *Judic. 16. Hebr.*

*Iezabel* (Hebr. *fluxus, vel sterquilinum,* cubile incontinentium) occidit Naboth pro vinea sua, En ex luxuriâ rapina, & homicidium. *3. Reg. 21. Hebr.*

*Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.* En hypocrisis eum luxuria: *Job. 40. Libidinis mara, & hypocri-*

*Disperierunt in Ender.* (Heb. *Fonte generationis.*) En ex luxuria injustitia in Principibus, &c. *Psal. 82. Hebr.*

Quid mirum, si David tantoperè invenit in hoc vitium? *Montes Gelboë, nec ros, nec pluvia* (caelestium scilicet gratiarum) *veniant super vos, quia super vos abjectus est clypeus fortium, &c.* *Vbi ceciderunt fortes Israel.* *2. Reg. 17.*

Quid montes Gelboë deliquerunt, dicit hunc locum Greg. cur nec ros, nec pluvia? &c. *Quia ibi ceciderunt fortes Israel.* O quàm, heu quàm verum! *Quid sibi vult Gelboë? Fluxus devorans, hic est luxuria usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans gemina.* O quot fortes Israël hic ceciderunt! *Nec ros, nec pluvia, &c. veniant super vos, &c.* *Greg.*

O vitium horrendum, quod ipsi luxuriosis terrorem incutit! *Quid aliud fuit in Amnon relectio illa Thamar cū odio, nisi propriæ horror luxuriæ?* Sic Arist. An, quia mutatio summa extiterit, ided re peracta adolescentuli eas odio habent, quibus eum fuerint congressi, & sequentis tristitiæ memores, eam tanquàm fontem fugiunt, ad quam se applicuerunt? *Ubi notanda sunt verba Philosophi: An quia mutatio summa extiterit. Et quæ mutatio hæc summa? Hominis in bestia, hominis rationalis in vilissimum animal.* *Annon tale luxuriosus? Simeon, & Levi in furore suo occiderunt virum. Chryl. legit, necaverunt taurum.* An non tale, qui in cœno luxuriæ, ubi plurimum se volutavit, tandem seipsum erubescens dixit: *Survexerunt ludere, vel scortari,* q. d. peccatum sensualitatis fœcundum est. *Luc. 15.*

*Ubi notanda sunt verba Philosophi: An quia mutatio summa extiterit. Et quæ mutatio hæc summa? Hominis in bestia, hominis rationalis in vilissimum animal.* *Annon tale luxuriosus? Simeon, & Levi in furore suo occiderunt virum. Chryl. legit, necaverunt taurum.* An non tale, qui in cœno luxuriæ, ubi plurimum se volutavit, tandem seipsum erubescens dixit: *Survexerunt ludere, vel scortari,* q. d. peccatum sensualitatis fœcundum est. *Luc. 15.*

*Ubi notanda sunt verba Philosophi: An quia mutatio summa extiterit. Et quæ mutatio hæc summa? Hominis in bestia, hominis rationalis in vilissimum animal.* *Annon tale luxuriosus? Simeon, & Levi in furore suo occiderunt virum. Chryl. legit, necaverunt taurum.* An non tale, qui in cœno luxuriæ, ubi plurimum se volutavit, tandem seipsum erubescens dixit: *Survexerunt ludere, vel scortari,* q. d. peccatum sensualitatis fœcundum est. *Luc. 15.*

Horum



*Libidinosi qui  
ocalluerunt,  
meur abiles.*  
A. 2. 4.

Horum etenim perpauca, aut paucissimi sunt, qui ab hoc cœno surgant. Mirum! Vel terroribus Judicij à latere Felicis Drusillam nec Paulus divulsit. *Disturbante eo de iustitia, de castitate, & de iudicio tremefactus Felix respondit: Vade. Fecit eum à capite ad pedes contremiscere, nec tamen à latere Drusillam divulsit. Occalluerat.*

Marc. 9. 19.  
20.

Dæmoniachus ille modò actus in aquâ, modò in ignem, ut discerpitus, & quasi relictus mortuus est, quia à iuventute ad illud usque tempus ea mala perpessus est. *Quantum temporis est, ex quo & hoc accidit? Ab infantia. A iuventute. Si in aquam voluptatum, & in ignem luxuriæ à iuventute cecidisti, opus est manu Dei.*

Psal. 77.  
Thron. 1.

Heu quot hodie Dæmoniachi! *Iuvenes eorum comedit ignis. Hinc ploratus in Scripturis: Videte dolorem meum. Virgines meæ, & iuvenes mei abierunt in captivitatem. Virgines ejus squalida (ob lapsum) & ipsa (virginitas) oppressa amaritudine.*

1. Mach. 1.  
Isa. 23.

*Virgines, & iuvenes infirmati sunt (pronj ad lapsum) Filia maris (ob falsedinem non extinguentis, sed irritantis spiritum) non est singulum ultra tibi.*

Thron. 2.

*Destruxit (hoc est, destrui permisit) in favore suo munitiones (jejunia orationes) virginis Iuda.*

Isa. 23.

*Non enutriti iuvenes, nec ad incrementum perduci virgines (quæ vel ante debitam ætatem corrumuntur).*

Isa. 47.

*Descende, descende, sede in pulvere virgo (fatua) filia Barylonis, id est, confusionis.*

Ierem. 31.

*Sed ad remedia: Rursus aedificabo te (post lapsum) & aedificaberis virgo Israel) per longam pœnitentiam quoad meritum, non quoad aureolam, ac florem deperditum, & c. Sic: Ponat vir gladium (mortificationis) super femur suum, Vniuscunque ensis super femur suum. Gad accinctus pralabitur. Renes vestros accingetis. Succinoti lumbos mentis vestra. Et erit iustitia (pœnitentiæ, & vindictæ in se ipsum) singulum lumborû ejus. Sic, sic castitas conservatur pœnitentiâ, mortificatione. Nunquid ingressus es thesauros nivis? ubi per thesauros ex Bernard. intelligimus castitatem, quæ nivi mortificationis adjuncta est. Non solvetur singulum renum ejus (alioquin castitas per-*

Exod. 23.  
Cant. 3. 8.  
Gen. 49.

Exod. 12.  
1. Pet. 1.  
Isa. 11.  
Iob. 38.  
D. Bernard.

A ibit.) Nunquid obliviscetur virgo ornamentis suis (spiritualis gratia, & puritatis) ante fascia pectoralis suæ? mox enim ut obliviscitur, virginitas perit.

Eja ergo hanc virtutem amemus. *Incorruptio facit esse proximum Deo. In Cant. Propera, amica mea. Alij. proxima mea. In smaragdo (virginitatis, incorruptionisque simbolo, juxta Pietrium) erat insculpta Tribus Levi. Sic Hieron. & Abulens. Levi, ex D. Gregorio interpretatur, assumptus. Ex Orig. Is, qui indesinenter assistit Deo, voluntati ejus ministrans. Ex Ambrosio, meus. Omnis ponderatio non est digna continentis anima.*

Razias (Heb. Sanctus Domino) multis temporibus continentia propositum tenuit, & corpus, & animam tradere contentus pro perseverantia. *O quam pauci hodie post Filium, & Matrem Virginem, hanc habent perseverantiam!*

*Tu possedisti renes meos. Beati, qui id dicere possunt: Tu perpetuo jure renes meos possedisti, sed pleriq; illud magis dicere possunt: Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea: aut, nihil est sanum in carne mea. Sunt Eunuchi, qui seipos castraverunt propter regnum calorum. Beati.*

Isa. 5.

Sap. 6.  
Cant. 2.  
Exod. 28.  
Pier. 1. 41.

Greg. hom. 22.  
in Evang.  
Orig.  
Eccli. 26.

2. Mach. 14.

Psal. 138.

Psal. 37.

Hebr.

Math. 19.

De abnegatione propria voluntatis.

PUNCTUM CXVII.

Objectum abnegationis cujuscunque hominis, est ipsemet homo. *Abneget semetipsum.* Homo duplici parte constat, corpore, & anima: hæcenus de abnegatione corporis, & ad ipsum spectantium, sensuum scilicet, passionum, amoris proprii, & c. nunc de abnegatione animæ, & potentiarum ejus. De abnegatione propriæ voluntatis.

Voluntatem propriam dico, ait Bern. *D. Bern. ser. 3. quæ non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantum: quando,*

Y 3 quod



quod volumus, non ad honorem Dei, nec ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria est recta fronte charitas (quæ non quarit, quæ sua sunt, vel, ut est Græcè: *Non quarit, quæ sui ipsius*, cum præcissione, scilicet, ut ait Thomas, id est, neglectis bonis aliorum, &c.) Hæc adversus Deum inimicitias exercet, quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatē? Cesset propria voluntas, & Infernus non erit: in quem enim ignis ille desat, nisi in propriam voluntatem? Etiam nunc cum frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur, nisi propria voluntas? Quod si voluntarie sustinemus, ipsa jam voluntas communis est: sed infirmitas quadam, & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est: & in illo omnes pœnas sustinemus, donec penitus consumatur.

Græc.

Voluntatem propriam solam punit Deus, & sustulit infernus.

Voluntatis propria furor in Deum.

Propria voluntatis ambitio inexplebilis.

Voluntas propria Deum perimit.

Psal. 77.

Porro voluntas propria quo furore Dominum majestatis impugnet, audiant, & timeant servi propriæ voluntatis. Primum namque se ipsam subtrahit, & subducit ejus dominatui, cui tanquam auctori servire jure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac injuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoque, quæ Dei sunt, tollit, & diripit: quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? nonne qui per usuram acquirit pecuniam medicam, similiter mundum lucrari conaretur universum, si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico fiducialiter. Nemini qui sit in propria voluntate, posset universus mundus sufficere.

Sed utinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum (horribile dictu) deserviret authorem! Nunc autem & ipsum (quantum in ipsa est) Deum perimit voluntas propria: vellet enim Deum quodammodo peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum quasi non esse Deum, quæ, quantum in ipsa est, vult eum ferè aut impotentè, aut injustum esse, aut insipientem.

Quoties exacerbarerunt eum in deserto?

A *Conversus sunt, & tentaverunt Deum. Hebræi illius auctoritatem conatæ. Tentaverunt, crucifixerunt Deum. q. d. limitaverunt ei auctoritatem; hoc impera, illud non: hoc faciemus, illud nunquam: signaverunt quasi annulo. & propria auctoritate, ceu domini cum Deo egerunt. Crucifixerunt eum funibus obstinatæ voluntatis, quasi trahentes ipsum ad implendam propriam voluntatem.*  
B *Volumus manna, &c. Regem volumus, sicut cæteræ nationes, &c. Ut more eorum, qui crucifiguntur, taxerunt eum! Tentavit contra Deum manum suam, & Job. 15. contra omnipotentem roboratus est, cucurris adversus eum erecto collo, & pingui cervice armatus est. Sermo est de impio superbiante.*

Gravioribus verbis, propriæ voluntatis malitia, ejusdemque abnegationis necessitas non poterat explicari. O quam verum illud! *Confunditur Israël in voluntate sua, dicit Dominus. Quis alius namque confunditur, nisi propriam habens voluntatem?*

Una hæc est ex duobus hædis, quibus mysticè pellis detracta est, quique in cibum Isaac parari debeat. Per duos hædos, corpus, & anima designantur: utrique pellis detrahenda. Corpori tunc subtrahitur, cum carnalibus voluptatibus exuitur: animæ verò, cum à propria voluntate denudatur. Sic duo hædi in cibum parantur, ut divino gustui sint pergrati, &c.

De hujusmodi pelle per Habacuc: *Turbabuntur pelles terræ Madian interpretatur contradictio, seu litigans. Quid sunt pelles terræ Madian, nisi propriæ voluntatis defensores, semper ad contradicendum parati, quorum pœna est sempiterna turbatio? &c.*

Ex propria voluntate turbatio, inquietudo, tristitia. 1. Machab. 6. de Rege Antiocho: *Et decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat, & arbitratus est se mori, & vocavit omnes amicos suos, & dixit illis: Reversus somnus ab oculis meis, & cecidi, & cor meum corde præ sollicitudine.*

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. In cordibus Apostolorum.

Habac. 3. Hebr. Voluntatis propriæ defensores sunt pelles terræ Madian.

1. Mach. 6. Propria voluntas omni nostra turbationis, & maculationis causa. Ioan. 16. Iorum



forum unde tristitia? Ex proprio voluntatis radice, ex infirmitate illa, ac voluntatis pruritu nondum penitus consummato in cordibus apostolicis oriebatur tristitia. Absoluto redemptionis opere, Christus Dominus in cælum ascendere cogitabat: Apostoli non erant huic voluntati omnino conformes, ideo tristabantur. Hinc etiam nostræ tristitiæ: quia non sumus conformes. Etiam nunc, ait supra Bernard. cum frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur, nisi propria voluntas? Quod voluntariè sustinemus, jam nulla tristitia est. Et hic sententiam illam celebrem habet: Cesset propria voluntas, & Infernus non erit. Quid enim facit inter cætera Infernum differre à Purgatorio, nisi voluntas? Hæc dum conformis non est, quinimodò divinæ adversatur voluntati, Infernum etiam constituit: in Purgatorio namque una, eademque omnium est voluntas, cum Dei voluntate.

Quid ergo est, quod nos possit tristitia afficere? Jactura rei, honoris, sanitatis vitæ? Accipiat hæc quisque de manu Dei: conformem habeat voluntatem, & nulla tristitia erit. Job in universali omnium rerum jactura nullam tristitiam habuit:

*Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est. Sic nomen Domini benedictum. Quæ pax, quæ cordis tranquillitas! Dominus dedit, Dominus abstulit. q. diceret: Si filios abstulit, Dominus est: si rebus omnibus me spoliavit, Dominus est, spoliare potuit: si sanitatem abstulit, Dominus est. Si bona suscepimus de manu Domini, ex eadem manu mala quare non sustineamus? Ex eadem manu sanitas, & infirmitas; divitiæ, & paupertas; mors, & vita in manu Domini: quare solam sanitatem, divitiarum, vitam, & non infirmitatem, paupertatem, mortem suscipiamus? Illa placebant, quia ex manu Dei: hæc quare non placeant? Illa corpori, hæc animæ serviant: quare ergo non suscipiamus? Inter amicos, & mercatores quovis tempore negotia communia. Si cum benè res agebantur, societas perdu-rabat, nunc quando res in transversum abire incipiunt, Quare non sustineamus?*

**A** *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Hinc sumebat motivum conformitatis. Considerabat Deum verè Dominum, qui cum dat, non abdicat à se dominium, sed cum vult, reperit: usum fructum dat nobis, dominium retinet. Hoc nos capere non volumus, absolurosque nos rerum dominos arbitramur, cum non amplius, quàm Dei dispensatores, ac usufructuarij simus: hinc tristamur, cum jacturam bonorum patimur, &c. Job: Dominus dedit: idem Dominus, cum sibi placuit, abstulit, &c. August. Non dixit Job: Dominus dedit, Diabolus abstulit: (Sabæi abstulerunt) altiùs elevabat oculos: videbat, Dæmones, Chaldaeos, Sabæos instrumenta esse, virgas esse. *Assur virga furoris Domini; lapides esse coniectos, lapides non momordit, in virgam non defecit, &c.*

**C** Cum Semei lapides in Regem mitteret, inquit ille: *Quid agit canis hic moriturus? Sed David ut quietus! Non intuemini, inquit, invisibilem manum, unde lapides veniunt: Dominus præcepit ei, &c.*

Et hinc in Sanctis omnibus summa quies, dum hanc veritatem firmiter tenuerunt, Deum, aut facere, aut permittere universa: *Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas, à Deo sunt.*

**D** *Formans lucem (felicitatem) & creans tenebras (miserias) faciens pacem (bonorum omnium affluentiam) & creans malum (egestatem, inopiam.) Ego Dominus faciens hæc omnia.*

Sic & illud: *Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit: (de malo poenæ) nam in malo culpæ se habet permissivè, quoad formale videlicet peccati, licet quoad actum entitativum, & physicum effectivè: unde in illa percussione, injuria, &c. non ad homines, de quorum mala voluntate tristari posses, (id, quod Diabolus quærit) sed ad Deum (de quo non nisi impiè malum credas) oculos elevabis. Sic nullam in corde tristitiam senties: credes enim, quicquid à Deo est, bonum esse, & dices: Bonum mihi, quia humiliasti me.* O quàm bonum assuescere ad elevandum oculos altiùs, quàm nos olim elevabamus! Lis illa altiùs, quàm opinari,

D. Bernard.

Voluntas propria Purgatorum ab Inferno scernit.

Job. 1.  
Voluntas S. Job conformis divinæ.

Job. 2.

D. August. in Psal. 31.

Isai. 10.

2. Reg. 16.

Eccli. 11.

Isa. 45.

Amos 3.

Psal. 118.



ris, orta est, iactura illa ex altiori loco venit, quam ipse credit.

*Prov. 12.*

Hinc illa iustorum pax: *Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit; nec iactura rei, nec iactura honoris, &c.* Ex conformitate, quam cum divina habebant voluntate, imperturbabilitas, impassibilitasque illa ut ita dicam, oriebatur. Pervenerant ad Olympum, de quo ille: Nubes excedit Olympus, & Pacem summa tenent. De quo monte ait August. de Gen. ad lit. c. 13. ob altitudinem ab imbris, ac ventis aded liberum esse, ut sacrificiorum, que ibidem quotannis fiunt, cineres intacti. Si quid in cinerem inde letæ reperiantur. Sic hi, qui ad Olympum perfectæ conformitatis pervenerunt, à ventis amplius non agitantur, à passionibus ferè liberi. Si quid sacrificaverunt Domino, si quid boni proposuerunt, intactum permanet. Quicquid scripserunt, in deletum perdurat.

*Psal. 75.*

*Factus est in pace locus ejus.* Christum à me tollere nemo potest, plenus júbilo clamabat ille. Quæ tristitia? quæ turbatio? &c. Mendicus ille Rex, & Laicus Magister Theologia, ad Taulerum semper felix, semper benè fortunatus. Unde? Quando, inquit, fame premor, Deum laudo: si frigus patior, si grandio, si nix, si pluvia cadit, si aura serena est, vel turbulenta, Deum laudo, & ided nunquam sum tristis, nec infortunatus: certus sum enim, quicquid Deus facit, non posse non esse optimum: unde quicquid ipse dat, vel mihi evenire permittit, siue gratum, siue contrarium dulce, vel amarum, lætus id, tanquam optimum, ab ipso suscipio. Sic semper sum felix: soli nanque divinæ voluntati inhærere statui, in quam sic integrè omnem meam transfudi voluntatē, ut quicquid illa vult, & ego velim, & hoc semper, & ubique, vel in ipso Inferno, in quem, si ille vellet, descenderem, sed in amplexibus, & nexibus suæ sanctissimæ voluntatis: optatus enim mihi multo est in Inferno cum Deo esse, quam vel in cælis sine illo. His edoctus Theologus conclusit: Veram resignationem cum humilitate profundâ compendiosissimam ad Deum semitam esse.

*Voluntati Dei inhærere, felicitatem facit.*

*In Vit. Patris Tauleri.*

**A** At quanta, amabo te, in propria voluntate turbatio! quanta homini propriæ inhærenti voluntati pacem adimunt! Fugiebat Jonas à facie Domini, fatigatus pondere, & labore propriæ voluntatis, somnum capturus: *Descendit ad interiora navis; sed ecce venti, mare, procellæ, pisces, homines conspirant in ultionem propriæ voluntatis: excitant eum, in mare projiciunt, in ventrem ceti; nec ante datur ulla homini quies, quam divinam induat voluntatem. Cum angustaretur in me anima mea, Domini recordatus sum. Et dixit Dominus pisci, Et evomit Ionam in aridam, Et surrexit Ionas, Et abiit in Niniven, juxta verbum Domini, &c.*

*Iona 1. Voluntas propria Iona fuit illi omnium malorum causa.*

*Iona 2.*

*Iona 3.*

**O** ! quàm melius David, de quo *Do. 1. Reg. 13. minus: Inveni hominem secundum cor meum, Voluntas Dei qui facit omnes voluntates meas.* Nota illud, omnes fecit omnes, non unam, aut alteram, sed omnes David. **C** Ille in aliquo facit voluntatem Dei, in alio non: *Omnes, omnes voluntates meas.*

Ut eas perfectè, & ad amissim faciebat David! *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam in medio cordis mei, q. d. Quicquid in lege, & Prophetis est, si ad punctum reducas, hoc erit compendio, & summam conformitas nostræ voluntatis ad divinam voluntatem.* **D** *In capite libri. Alij ex Hebr. In volumine libri. Alij: In summa libri.* Volvas, ac revolvat lib. è sacræ Scripturæ librum, hoc in volumine, quod in titulo reperies, hoc epilogo collectum, quod sparsum est, scilicet ut faciam voluntatem tuam, quam Deus meus, volui, & volo tali, tantaque conformitate, ut tuam legem, divinæ tuæ voluntatis interpretem, in medio cordis mei locatam velim.

*Psal. 39.*

*Hebr. Alij.*

**E** *Es legem tuam in medio cordis mei, q. d. diceret: Ut natura ad cordis defensionem posuit carnem, ossa, membranas, &c. reposuitque illud in abdito pectoris: sic ego pro divinæ legis defensione ipsum contradere volo, ut lex in medio cordis conservetur; ut si quis Dei legem in meladere velit, lædat antea ipsum cor, prius in minimas ipsummet partes concidat.*

*David legem Dei in medio cordis habuit. Qui id?*

*Es legem tuam in medio cordis mei. Hoc est*



est esse conformem, legem Dei in medio cordis habere. Dicit ille: Er ego, Dei gratia, legem ejus in corde habeo. Sed discrimen est, inter habere legem in corde, & in medio cordis. Sunt aliqui, qui non tam eam habent in corde, quam in angulo cordis, qui uti Saül, in extrema civitatis parte peruncti, gratiam mox projiciendi accipiunt: quivis enim respectus humanus legem in angulo cordis positam ex corde depellit. Parat ille legem castitatis habere in medio cordis, sed in angulo cordis habet: qualibet enim occasio castitatem ex corde deturbat. *In medio in medio cordis*, dicebat David: cor, antea, quam legem ex pectore depellet, qui divinam legem deperire voluerit.

*Et legem tuam in medio, &c.* Ut meliorem locum dabit! Sunt, qui ut bene hospitem recipiant, meliorem ei dant locum, quin ipsi domo exeant, ut ille melius recipiatur. Siquidem adeo conformes sunt, ut cum Apost. locum dent ipsi Deo, & excedant, cor liberum Deo offerentes, & dicere possunt: *Virgo ego jam, &c.*

*1. Cor. 5.* Non sic quidam, qui non nisi semihora cordis habitationem offerant, exteriorum resignationem nimirum, &c. sed non sunt domo exire: cubiculi mansiōem sibi reservant, nullo volunt affici incommodo. Non sic David: Domine, dicebat, volo, maneat in hoc corde, adeoque commode, & perfecte, ut ego ipse propterea exire gestiam, & legem tuam, &c.

Adeo sanctissimus Rex cor divinæ legi, ac voluntati manciparat, ut fiducialiter Deo diceret: *In me sunt, Deus, vota tua.* Quicquid vis Domine, hic reperis. Gazophylacium Dei cor ipsum effecerat. Ibi Magnates, quicquid volunt, habent: ibi vasa argentea, pretiosa taperia, vestes, picturæ insignes, ibi in summâ sunt Principum omnia vora. Sic modo David: *In me sunt, Deus, vota tua.* Vis, ut alij me persequantur? Fiat, ut liber: *In me sunt, Deus, vota tua.* Vis me pauperem? pauper sum ego: *In me sunt, &c.* Vis me infirmum, &c. cum filiis? sine filiis? Regem? non Regem? *In me sunt, Deus, vota tua.* Tuos hoc in corde *Speranza Scripturæ selectæ.*

**A** gustus accipias, tuas hic cape delicias, expleas tua vora, &c.

Et quò satis apertè videamus, illum non magis paratum fuisse, ut esset Rex, quam non esset, in proprii filij persecutione, ut resignatus! *Si in venero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam* (Arcam, & tabernaculū suum. (Hoc meum in Jerusalem desiderium.) *Si autem dixerit mihi: Non places* (hoc est, Volo, ut in exilio per manum, cui vitam dedisti, mortem subeas) *faciat, quòd bonum est coram se.* Et quò ostenderet, quàm verè divinæ conformis esset voluntati, subdit sacer Text. quòd mox cum suis exivit plorans, *Nudis pedibus, & aperto capite.* Ubique mysteria perfectissimam ostendentia conformitatem. *Operto capite*, inquit Hugo Card. ne lacrymæ in vultu regio cernerentur. Transeat, sed ad rem significare volebat, quòd sine ulla divinorum judiciorum discussione non intelligens, cur proprius filius is esset futurus, qui ei vitam adimeret, per quem ipse vitam acceperat, caput operiebat, adorans scilicet Dei judicij. Non solum enim Hebræi, sed etiam Ethnici sacra facturi, calceos abjiciebant, & caput obnubebant, quòd incomprehensibilem Deum humiliter adorandum testarentur. Sic Pythagoras Deum operto capite, & discalceatus adora. *Nudis ergo pedibus, & operto capite exivit David, q. diceret: En, Domine, me tibi totum sacrifico, totum offero, nihil seire volo, omnem mei curam, & affectum relinquo. Si dixeris: Non places, fiat, quòd bonum est in oculis tuis.*

Eandem conformitatem videre est in *Psal. 56.* ubi facta mentione insidiarum, quas ei Saül cum suis tetenderat, ait: *Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurverunt animam meam.* Cujus inter hæc animæ es, David? *Peritatum, inquit, cor meum, Deus, paratum cor meum.* Vox Hebraica ex Genebr. firmum, & stabile significat, q. d. *Cor meum, ac voluntas mea fixa est in voluntate Dei, permittat quòdlibet: Cantabo, & psalmum dicam: totaliter scilicet divinæ suæ voluntati conformis, semper*

Zz cum

*1. Reg. 10.*  
*Legem Dei*  
*quidam in*  
*angulo cordis*  
*habent.*

*1. Cor. 5.*

*Psal. 39.*  
*David per*  
*omnia confor-*  
*mis Deo.*

*Hugo Card.*  
*David cor*  
*operto, ita*  
*fugit, ut effu-*  
*gerat filium.*

*Psal. 56.*

*Genebr. ex*  
*Hebr.*



eum laudabo, ac benedicam. *Exaltare super calos, Deus. Et super omnem terram gloria tua.* Sic Psalmum concludit. q. d. Nihil aliud volo, quam ut ex omnibus, quæ mihi accidere possunt, tua gloria resulet: modò glorificeris, de me fiat, quod vis. Psalmi titulus est. *Pro columba muta*, hoc est, me ipsum taliter conformem cupio, ut quibuscunque in rebus, quæ mihi accidere possunt, ceu columba, ne fel habeam, nec verbum dicam, &c.

*Bern. ser. 2. in cap. Iejunij.*

*Paratum cor meum, Deus, paratum* (iterum dico) *cor meum.* Quam conduplicacionem ponderat Bernard. hoc est, paratum ad adversa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia, paratum ad universa, quæcunque præceperis.

*Plin. l. 22. cap. 21.*

Heliotropium cum Sole se circumagens, ut habet Phisias, etiam nùhilo die, non solum cum fulget, sed etiam cum nubere regitur.

Præterea sic erat conformis, ut non solum vellet, sed nec sciret, tam quid vellet posset, quam quod Deus vellet. Ed pervenit anima totaliter resignata, & perfecte Dei amore succensa, ut jam amplius nesciat, quid velit. Jacer illic infirmus tantà ciborum nausèa laborans, ut nihil appetens, nihil volens dicat adstantibus: Quid, quaeso vos, velle possem? dicite quid nescio enim, quid velim. Huc pervenerat David, cum divino instinctu amatus amore, nihil terrenum appetens, nihil volens dicebat: *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum.* q. d. amore languo, hæc omnia sunt mihi fastidio, nihil velle scio: *A te quid volui super terram?* hoc est, extra te, vel præter te, quid volui super terram? Nihil, te solum quero: *Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Quoniam ecce, qui elongant se à te (per voluntatis repugnantiam) peribunt. *Mihi autem adherere Deo (per omnimodam conformitatē) bonum est.*

*Psal. 72.*

Sed quod maxime notandum est, non solum erat perfecte resignatus in hisce rebus omnibus, sed etiam in cælestibus: *Quid mihi est in celo?* q. d. Nec in celo scio velle, nisi quod tu, Domine, vis, me velle:

*David ne gloriam quidem*

nolo gloriam, nisi tu eam velis, me velle: *sine Deo vnam hæc gloria mea est, hæc mea, beati- tudo, sive in celo, sive in terra, sive in ipso Inferno, ut sim conformis voluntati tuæ.*

Tam conformis, ut mira similitudine sese propterea diceret jumentum Dei. Paulò superius agebat: *Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Humile jumentum (symbolum ejus, qui perfecte propriam abnegavit voluntatem) nullam habet electionem nec loci, nec temporis, nec personæ, nec ponderis.

Non loci: quia si foris alliges in platea, obnoxium hic manet percussioibus, punctioibus, puerorum irrisioibus: si in stabulo, illic manet, si foris, si ruri, similiter: *Ut jumentum, &c.* Non habet electionem temporis: nam si eo uti velis mane, meridie, vespere, nocte, quavis horà paratum est. Sic in Gen Abraham, *De nocte consurgens stravit asinum suum.* Nec ullius personæ electionem habet: *Puer parvulus ministravit ei, ancillam sequi non dedignatur, si rusticus insideat, si nobilis semper idem. Ponderis tandem, & oneris imponendi electione non habet, si oneras auro, portat aurum, si fimo, item: *Ut jumentum factus sum apud te: quocunque ieris, pergam: si ad dexteram, sinistram de seramini, &c. quocunque tempore, quocunque loco tecum ero: In voluntate tuà deducissimus. Et ego semper tecum; ego enim nullam habere volui voluntatem. Suae propriæ voluntatis perfectus abnegator.**

Hinc alibi: *Sicut oculi ancilla in manibus dominae suæ, ita oculi nostri, &c.* Mira certe metaphora ad ostendendam in omnibus conformitatem, vel in infimis, & abjectissimis. Sed si animi promptitudine ad exequenda quæcunque iussa sunt, vult hoc dicendi modo declarare, cur potius non ait: Sicut aures ancillæ ad os dominae suæ? Sciendum est ex Martiali, Horatio, & aliis, vilia quælibet servitia olim nutu, sive crepitu digitorum imperari solita, servis mediastinis in medio paratis ad quævis vilia exequenda ad nutum. Et crepitu digitorum dum verna moratur, dixit ille, accurrens alius dedit argenteam matulam, ad mingendū nimirum; hisque similia nutibus imperabant. Nuoc sicut oculi

*Gen. 21. Ipsi.*

*Psal. 72. Suae voluntatis perfectus abnegator.*

*Psal. 127. David ad officia etiam vilissima paratus.*

*oculi*



oculi ancilla, &c. id est, non solum ad ma-  
jora, sed ad viliora paratus sum.

*Psal. 29.*

*Beatitude pra-  
sens in conformi-  
tate cum  
Dei voluntate  
consistit.  
D. Thom. 2.  
2. 2. art. 4.*

*David ob hoc  
solum vivere  
cupiebat, ut  
viveret ex vo-  
luntate Dei.  
Psal. 11.  
Hebr.*

*Arist. 5.  
Ethic. 1.*

*Exech. 1.*

*Fernan.*

*Sept.*

Noverat certe David in hoc situm  
punctum essenziale. *Et vita in voluntate  
ejus*, hoc est, in conformitate voluntatis  
consistit vita, quod ut complecti & perfe-  
ctè in celo, sic est inchoativè, & suo mo-  
do in terra, in qua & *Beati* dicuntur, qui  
*ambulant in lege Domini*, qui legem ejus  
scrutantur die, ac nocte, & qui *faciunt vo-  
luntatem ejus*, nam, ut beatitudo patriæ  
consistit in unione potentiarum intelle-  
ctus, & maxime voluntatis cum Deo: sic  
beatitudo, quæ hic dari potest, in confor-  
mitate voluntatis cum divina voluntate  
consistit.

Hoc intelligens David, ob hoc solum  
vitam postulabat, ut scilicet Dei faceret  
voluntatem, indifferens alioqui ad vi-  
tam, & mortem. *Retribuere servo tuo, ut  
vivis, & custodiam sermones tuos.* Alij ex  
Heb. *Retribuere servo tuo, ut vivam, & cu-  
stodiam sermones tuos*: quasi ad hoc tantum  
vitam exoptaverit, ut legem Dei custo-  
diceret, ac voluntati ejus parere

Hoc justorum exercitium, hoc studium,  
qui idcirco justus, quia sunt conformes illi  
primæ regulæ, ac mensuræ, unde recti di-  
cuntur. Is rectus est, & justus, qui in vita,  
cogitationibus, verbis, operibus, confor-  
mat se Deo, ejusque divinæ legi, tam in  
prosperis, quam in adversis, nec volens,  
aut nolens, nisi quod Deus ipse vult, aut  
non vult. Is certe justus, & rectus  
est

In hoc est omnis illa virtus cognita ab  
Arist. 5. Ethic. & ante ipsum à Sapiente:  
*Hec est omnis hominis*: quia nimirum talis con-  
formitas virtualiter est omnis virtus, &  
compendium perfectionis hominis.

Hoc idem exercitium justorum my-  
sticè innunt animalia illa, de quibus  
Propheta: *Vbi erat, inquit, impetus spiritus,  
illuc gradiebantur.* Quo loco paraphrasticè  
Fernandus: Non erat, ait, motus eorum  
fortuitus, sed omniud ad præscriptum  
divini impellentis spiritus, ad eò celeres  
ad exequendam ejusdem divini Spiritus  
voluntatem, ut eorum pedes, *Pedes recti*,  
vel juxta Sept. *Pennati* dicerentur. Sunt

A hæc sancta animalia, figura Justorum,  
qui expansis semper desideriorum alis pa-  
rati sunt ad volandum, ut divina jussa ca-  
pellant, ad eò conformes divinæ volun-  
tati, ut nunquam moveantur, nisi moti à  
Spiritu movente, ac dirigente.

Tales olim filij Israël, dum ad impe-  
rium Domini proficiscerantur, & ad impe-  
rium Domini figebant tabernaculum.  
B Simili modo justus ad imperium divinæ  
voluntatis, cui conformes sunt, ad omnia  
vel ardua, vel molesta proficiscuntur, &  
ad imperium Domini figunt tabernaculum,  
hoc est, ad nutum ejusdem divinæ  
voluntatis consistunt.

Idem similiter justus adumbrantur in  
duobus illis Cherubim ex auro in utra-  
que parte Oraculi superpositis, expansis  
alis, ac pede altero elevato, in quorum  
medium in nubegloriæ, ceu throno ma-  
jestatis, descendebat Deus, ut inde ad po-  
pulum loqueretur. Quid hæc alis ex-  
pansis significabant hæc Cherubim? S.

Dionys. Arcopag. de cælesti Hierar. Theo-  
odor. & Beda in hunc locum, alas ad cele-  
ritatem significandam Angelis datas as-  
serunt. Expandunt alas, inquit Interlin.  
quia omnem naturæ suæ potentiam levj,  
& læto itinere in obsequium Conditoris  
offerunt. Expandunt itaque alas, & quasi  
in ipsas alis Deum suscipiunt: quò intelli-  
gas, eam solam animam sedem Dei esse,  
ac locum divinæ requiei, quæ desiderio-  
rum, ac voluntatis alas expansas habet,

*Ad faciendum verbum illius*: citòque vo-  
landum, vel altius, vel demissius, vel ad  
hanc, aut ad illam partem, prout Deo li-  
buerit: quæ scilicet ad eò conformis est,  
ut ad omnia peragenda, quæ Deus vo-  
luerit, prompta sit, & parata, expansis jam  
alis, & pede jam altero elevato.

¶ Verum si tanta fuit sanctorum om-  
nium conformitas, quæ, & quanta hæc  
fuit Filij Dei ad Patris voluntatem? si in  
ea reverà excelluerunt Discipuli, quæ  
nunc erit excellentia Magistri? Hanc  
ipse specialiter professus est: *Descendi, in-  
quit, de celo, nò ut faciam voluntatem meam, Ioan. 6,  
sed ejus, qui misit me.*

Zz 2

Iu



Luc. 2.

Mar. 14.

Matth. 26.

Syriac.

D. Thom. 3.  
p. 9. 18.Abnegatio-  
nem volunta-  
tis perfectam  
habuit Chri-  
stus.Abnegatio  
nostra facte  
mutila.Abnegatio  
perfecta qua-  
nam.

In horto, in agonia illa, ac lucta voluntatis, appetitus naturalis sensus ut suam abnegavit voluntatem, cum dixit: *Non mea voluntas, sed tua fiat!* Et quod intelligamus, hanc perfectissimam abnegationem fuisse, nec suspicemus penitus, & omnino absolutam non fuisse, absolute dixit (secundum Marcum: *Non quod ego volo, sed quod tu.*)

Et ne iterum putemus, forsitan in modo aliquid superfluisse proprii, vel quoad modum suam abnegans voluntatem, dixit secundum Matth. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Sicque suam voluntatem exposuit, ac denudans omni, quæ posset esse sensus, & naturæ, proprietate, unde quæque eam conformem paternæ reddit voluntati: *Non mea voluntas, non quod ego volo, non sicut ego volo, sed tua, sed quod tu, sed sicut tu.* Syriac. secundum Marcum: *Voluntatem non voluntas mea, mei, inquam, ipsius, sed tua fiat;* quæ est sensualis, vel rationalis voluntatis spectatæ per modum naturæ (ut loquitur S. Thom.) omnino perfecta abnegatio, & resignatio, & conformitas penitus absoluta ad divinam voluntatem.

Ubi notandum primò ipsam potentiam resignasse: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Dein actus illius: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Demùm ipsum in modum: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Quandoque & nos resignamus potentiam voluntatis dicentes: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Sed in actu servamus aliquid, dum pari nolumus injuriam illam, in honorationem illam, rei jacturam, & c. nec ad eum resignationis gradum pervenimus, ut cum Christo dicamus: *Non quod ego volo, sed quod tu.*

Aliàs resignamus nosmetipsos quoad actus, sed non quoad modum: acceptamus ad verba quidem, sed non per manum inimici: acceptamus mortem, sed non infamem, aut violentam. Perfecta abnegatio nullam facit exceptionem, est omnino, ac penitus resignata. Non solum: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Verùm etiam, *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Fiat penitus voluntas tua, Domine, & à voluntate tua determinetur quivis actus, præscribatur quilibet rei modus: omnia enim è tuis

A manibus accipiam, quin & gratias infinitas referam.

Hanc summi Magistri perfectam resignationem imitatus Martinus: Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. O verè sanctissimam animam! (exclamat Bernar. & inestimabilem charitatem! & obedientiam singulararem! Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti, de reliquo superest tibi corona justitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie justus Judex. Et adhuc dicis: Non recuso laborem, fiat voluntas tua. Obtulisti planè Isaac, unicum illum, quem diligis, quod in te est, jugulasti. Immolasti singulare gaudium tuum pia devotione, paratus redire iterum in pericula, innovare certamina, denud subire laborem, sustinere tribulationem, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate Spirituum beatorum, atque in hujus mortalitatis arumnas ab iplo introitu gloriæ revocari. Postremò (quod maximum est) à Christo tuo peregrinari diutius, si modò id se voluisset. Nec sanè dubium, quin amphiotem gratiam mereatur, qui paratum se exhibet etiam ante mandatū, quàm qui obedire satagit post mandatū. Magna quidem obedientia vestra, Angeli sancti: sed quod dicere audeam pacè vestra, nescio, an inveniantur in vobis quisquam paratus in tale aliquando ministerium mitti, in quo necesse habeat non videre faciem Patris. Magnam est, Petre, quòd Dominum secutus omnia reliquisti, sed audivi te in morte dicentem, ubi transfiguratus est coram vobis: Domine, bonū est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. Non est: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Paratum cor tuum, Martine, paratum cor tuum, sive manere in corpore, sive dissolvi, & esse cum Christo. Et magna quidem in horrenda morte securitas, magna in visione Christi desiderandā, & tam ferventer, ac singulariter desiderandā perfectio reperitur, sed id quidem longè amplius per omnem modum, quod qui mori non metuis, immò qui

Bernard. ser. in festo S. Martini.

S. Martinus perfectè se abnegavit.

Obeientiam habuit angelicam majorem.

Et promptiorem quam Petrus.

Mar. 17.

tanto



tanto desiderio præsentiam Domini concupiscis, vivere quoque non renuis, & expectatione molestissimâ fatigari. In quo enim alio non obedire potuerat, qui in hoc tanto articulo tam devotè clamabat: *Fiat voluntas tua!* Hæc ergo pars nostra sit, Fratres, in convivio hodierno: hanc nobis obedientiam in mensa pauperis, immò jam divitis hujus. appositam diligenter consideremus: scientes quoniã ipsa est, quæ à nobis exigitur, ipsa, quam oportet nos præparare, ut singuli quique dicamus: *quia paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.* Nec modò semel, aut in parte, sed paratum cor meum paratum ad utrumque, & in nullo tuam præscribens dispositionem. Fortè hoc cupio, & specialiter, & vehementer, sed ne quidem illud recuso: Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. Desidero requiem, sed non recuso laborem. *Fiat voluntas tua.* Huc usque Bernardus.

**A** quia ad pedes Ministri Christi nonimus in omnibus parere parati, & audituri, quid nos oporteat facere, quin idcirco ad eandem tenebras revertimur.

O nos miseros persimiles cæco illi, cui Dominus: *Quid vis, ut faciam tibi?* Verè cæcus, inquit Bernard. quia non consideravit, non expavit, non exclamavit: *Abstine hoc, Domine.* Tu magis dic, quid me facere velis. Sic profectò, sic multorum usque hodie pusillanimitas, & perversitas exigit, ut ab eis quæri oporteat: *Quid vis, ut faciam tibi?* non ipsi quærant: *Domine, quid me vis facere?* Considerare necesse habent Ministri, & Vicarij Christi, quid sibi præcipi velint. Non est obedientia eorum plena, non in omnibus parati sunt obsequi, carent spiritu eorum animalium, quæ verè conversarum animarum sunt typus. *Pedes eorum, pedes recti.* Theod. *Pedes eorum, pedes velocitatum.* Sept. *Pedes eorum, pedes pennati;* ut scilicet ad impetum spiritus dirigentis volarent. Hinc non revertentur, cum ambularent, quia omninò dirigente, & impellente pende-  
**B** bant. Unde, quæso vos, aliqui magna præ se ferunt, ac de se promittunt initio conversionis; sed illicò revertuntur: quia sese à dirigente subtrahunt, & suo spiritu ducuntur. Illa magis à spiritu dirigente movebantur, nec tam propriis alis, aut propriis pedibus, aut alio, vel interno, vel naturali principio, quàm à suo dirigente, qui erat ei magis principium motus, ferebantur. Sic, sic non à proprio iudicio, non à proprio intellectu; sed ab alio pendeat, ac dirigatur, qui in directum vult progredi, &c.

**C** Quam longè aberat à perfectione, ut longe abesse potest Ecclesie persecutor, & Christi nominis blasphemus? Ut mox perfectus! Quid perfectum reddit? Hoc: *Domine, quid me vis facere?* Hoc à centro Inferni, ubi propria voluntas ardet, rapuit eum in Paradisum, hoc eum mox ad apicem, & punctum perfectionis adduxit.

**D** Quam pauci inveniuntur, inquit Bernard. in hac perfectæ obedientiæ forma, qui sic contriti, sic pœnitentes ad Confessarij pedes sese abjiciant, ut dicant: *Domine, quid me vis facere?* Quid vis, agam? quid omittam? quò vadam? &c. Idcirco perpauca veræ conversiones: idèd perfectum lumen non acquirimus: idèd nunquam cadere desinant squamæ ab oculis nostris:

**E** sibi vult Damascus? Saccum sanguinis, vel Hebr. *Zz 3* *similitud.*

Sententiosè de more Bernard. *Quid D. Bernard. sibi vult Damascus? Saccum sanguinis, vel Hebr. Zz 3 similitud.*

Luc. 8.  
D. Bernard.  
Et spiritu illi  
duci, ac dirigi  
sunt.

Ezec. 1.  
Theod.  
Sept.

Act. 9.  
D. Bernard.

Psal. 118.

S. Paulus perfectè se abnegavit.  
Act. 9.  
D. Bern. ser. 1. in Cont.  
S. Pauli.  
Iob. 15.

Abnegatione sui perfectus rediit.

D. Bernard. Pœnitens confessorium ad-ent perfectè resignatus.



*Similitudinem incendij.* O quàm verum! A Plerique ad perfectum lumen non veniunt; quia sese jam illuminatos somniant: non patiuntur se licet ad manum trahi, & introduci Damascum, in saccum sanguinis, ac similitudinem incendij tot peccatorum, quæ expressa erant similitudo Inferni, à quo liberati sunt.

Confessarius  
constanter  
absolvit.  
1. Tit. 5.

Expectanda, expectanda est, inquam, manus impositio. Et hanc Confessarius non citò imponat. *Nemini*, inquit Apost. *B* *citò manus imponas, sed vide, an sint parati, an contriti.* Et quia plerunq; citius manus imponuntur, idèd rarè deprehenduntur veræ conversiones. Idèd non revertuntur ad vos, sed ad peccata priora. *Et novem ubi sunt?* Ad pristina peccata sunt reversi. Novem à Christo mundati non redierunt, quia non, sicut Christus jussit, pervenerunt ad sacerdotes: unus tantum, quia pauci grati, & hic Samaritanus, id est, custos, nimirum iustionis Christi, reversus est, & cecidit in faciem. Sed quamobrem: si jam sanus? *Gloss. ibi:* Ut custodiret sanitatem. Ita pœnitens, ut sanitatem custodiat, ante sacerdotem Christi Vicarium sæpè cadat.

Luc. 17.

Confessio frequenter  
cur?

Hi verè pœnitentes, qui ad pedes Confessarii provoluti illud inquit toto affectu: *Nunc pater noster est tu, nos verò lutum.* q. d. Age, quod vis de nobis, sive vas honoris, sive contumeliæ, &c. *Nos verò lutum.*

Isa. 64.  
Pœnitens  
verè quoniam.

Taliterat David: *Anima mea, dicebat, in manibus tuis semper.* Sic legit Ambros. hoc est, ad instar luti, vel ceræ, in manibus tuis sum, ad quamvis formam suscipiendam paratus, ad quamvis imaginem, aut innocentis agni, aut mansuetæ ovis, aut simplicis columbæ, aut leonis contra vitia, aut vas, sive honoris, sive contumeliæ. *Anima mea in manibus tuis semper.*

Psal. 118.  
Sicut Davidis  
similes.

Hæc perfecta resignatio est, submittere se directioni Confessarii, cui ceu Domino dicamus: *Domine, quid me vis facere?* &c.

Epist. l. 3.  
dissert. c. 26.  
Epist. l. 3.  
Genti.  
lis mira resignatio.

Epictetus: *Constitui, inquit, & conformavi voluntatem meam divinæ. Vult me febricitare? Et ego volo. Aliquid aggredir? Volo. Potiri? Volo. Non potiri? Volo. Moriri? Volo. Pudeat hæc olim à pri-*

scis in cæca nocte versantibus visa, à Christianis, ad clarissimum Solem cæcipientibus, non videri.

Conformitate, quasi jucundo, suavi que cibo nutriebatur in terris Filius Dei. *Ioan. 6.* *Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei.* Eodem itaque cibo pascitur, eadem mensa, ac patina manducat, qui studet in omnibus conformem habere voluntatem. Nihil certè dignius excogitari potest.

Perpulchra quorundam observatio *Luc. 11.* connexionis illius in oratione Dominica: *Voluntatem Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. Deus facere.* Quæ verba ita connexa, & consequentia in celo quasi innunt, idem esse in terra facere voluntatem Dei, ac possidere in terra regnum Dei. O liberalissimum remuneratorem, qui tam subito munera confers in eum, qui tuam explet voluntatè! *C* *Ostendis autem, qualiter regnum tuum consequamur, conformando nimirum nostram tuæ sanctissimæ voluntati.*

*Si non feceris voluntatem tuam, vocaberis Sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum.* *Isa. 58.* *Voluntatem Dei qui facit, paradisi illius est.* *D. Thom.* Hoc est, eris Dei requies, Paradisus portabilis in terra Sabbathum deliciarum. *Gen. 2,*

Prima illa requies post rerum omnium creationem, quia habuit repugnantem hominis voluntatem, non dicta est requies delicata, sed fuit quasi iusticialis. Illa utique delicata est, quæ omninò Deum recipit. Hanc Dei requiem exhibeamus nos Deo, dicam usque ei summa cum animi alacritate: *Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.*

Et quid magnum est, si dicamus: *Fiat voluntas tua?* Quid aliud agimus, dum hoc dicimus, quàm, ut sic loquar, de necessitate virtutem? *Non est enim, qui possit resistere voluntati tuæ, scilicet efficaci: velim, nolim, fiet, quod ipse velis: ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.* *B* *Cumularissime tamen hunc resignacionis actum: Fiat voluntas tua, remuneras, Domine.*

Offeramus nos ipsos, filios, & filias, &c. ut Abraham obrulit, nec vereamur: non enim Isaac, voluntas scilicet rationalis, sed hircus solummodo voluntatis sensitivæ



Hebr.

si vix morietur Offeramus Isaac, hoc est, A  
vitiis: valemus ei oculos, ne videat vani-  
tatem, super pyram imponamus eum:  
hic ius solum modò comburetur.

Hoc Dei gratissimum est sacrificium,  
inquit insignis Magister vitæ spiritualis,  
Lud. Blofius, his verbis: Nihil Deo gra-  
tius offerri potest abnegatione propria  
voluntatis, quia homini nihil est charius  
ipsa voluntate: & ideo, quando quis pro-  
pter Deum sensualitati, voluntatiq; pro-  
priae, etiam minimis in rebus, reluctatur,  
ac se mortificat ( si florem non carpat, si  
oculos ad virentem regionem non ada-  
periat: ) rem ipsi, si Deo magis gratam facit,  
quam si multos mortuos ad vitam revo-  
caveret: resurrectio enim mortuorum est  
potentia, ac virtus Dei, mortificatio est  
virtus hominis ejusdè Dei gratiâ adiuti.

Blof. de just.  
sp. 2.  
Voluntatis  
propria abne-  
gatio per gra-  
tiam Deo sa-  
crificium.  
Majus opus,  
quam excita-  
tio mortuorū.

Pa. Dam.  
cap. 2.

Annon declaravit Deus, quam id sibi  
pergratum sit, cum lampredam illam vel-  
ut in caelum evertit! Narrat Damianus in  
ep. Abbas quidam, ut mihi relatum est,  
suavis edulij concupiscentia ductus, lam-  
predam sibi præcipit acquiri. Cumque  
ministri dicerent, hoc genus eo loco diffi-  
cile posse inveniri, extitit, qui diceret,  
unam tantum in venalibus se vidisse. Jus-  
sit Abbas numerari pecuniam. Coquo-  
rum autem diligentia lautè decoctus  
Abbatii piscis apponitur: sed antequam  
D tangereetur, ecce pauper ad januam hoc  
potissimum sibi dari, quod Abbati esset  
appositum, anxie postulabat. Mox, ut  
erat, integrum piscem nihil hæsitans vir  
Domini mittit ad pauperem. Illicd pau-  
per, qui videbatur, cum ipsa paropside  
plena pisce in sublime se exulit, & libra-  
ta manu, velut xenium portans, caelum  
cunctis videntibus penetravit.

In Vit. Pat. p. 2.  
Ide patient. &  
scilicet n. 9.

Annon item id declaravit, cum se-  
ptem coronas septies sibi reluctanti no-  
ste una donavit? Ex libro doctrinæ Pa-  
trium id notum est. Huc verò præser-  
tim facit, quod sibi subditur, quod nimi-  
rum audiens hoc senex, statim intellexit,  
quia quoties quis sibi resistit, toties à Deo  
etiam pro pravis cogitationibus coro-  
natur.

Cass. l. 4. de  
Inst. 2. 8.

Hinc Cassianus ex Sanctorum Mona-  
chorum placitis de officio Magistri No-

vitiis hæc habet: Ut doc. at eum (sci-  
licet Tyconem) senior primitus suas vin-  
cere voluntates, quem studiosè in his, ac  
diligenter exercens, hæc illi semper im-  
perare curabit, quæ sententia animo ejus  
esse contraria, &c. Et juxta profectum in  
abnegatione propria voluntatis desu-  
mebant signa durationis, ac perseveran-  
tiæ, cum in Cœnobio diutius, & usque ad  
finem perdurare dicebant, qui initio suas  
voluntates superare discebat, tantique  
ab illis Patribus hoc exercitium fiebat, ut  
in eo ipsam constituerint sanctitatem. Ita  
Climacus: Ille profectus d. nectus est, qui  
voluntati suæ abrenunciavit.

Abnegationem  
voluntatem  
olim ante  
omnia doce-  
bantur No-  
vitiij.

Hinc Gregorius ad illa verba Joan. 6. D. Greg. 35.  
Et cum, qui venit ad me, non ejectionem foras, Mot. 10.  
quia descendit de celo, non ut faciam voluntatem  
meam, sed ejus, qui misit me. Quid hæc  
I Joan. 6.  
sibi vult ratio? Eum, qui venit ad me, non  
ejectionem foras, quia descendit de celo, &c. nisi  
quia primus homo, qui suam voluit fa-  
cere voluntatem, à Paradiso exivit, secun-  
dus verò per imitationem suæ obedien-  
tiæ, & abnegationis suæ voluntatis per-  
movere nos intus docuit, q. d. Et qui suam  
abnegavit voluntatem, Paradisus pater,  
qui inobedienti clausus?

¶ Etenim ex plurimis damnis, quæ  
cuique infert propria voluntas, abnegan-  
da est.

Primum: Voluntas propria facit ho-  
minem servum, ac mancipium, eumque  
duriori, ac tenaciori catena, quam ferrea  
constringit. Si abstuleris de medio tui catenam,  
I Isa. 58.  
nam. Quæ nam hæc. Propria voluntas. Si  
averteris à Sabbato pedem tuum: facere vo-  
luntatem tuam, &c. August. Suspirabam D August. 8.  
ligatus non ferreo alieno, sed mea ferrea  
Conf. 5.  
voluntate: velle enim meum tenebat ini-  
Voluntatis  
micus, & inde mihi catenam fecerat, & propria manci-  
pium aliquã-

Voluntas pro-  
pria facit ho-  
minem servū  
I Isa. 58.  
D August. 8.  
Conf. 5.  
Voluntatis  
pium aliquã-

E constringeret me: quippe ex voluntate  
perversa facta est libido: & dum servitur diu Augusti-  
libidini, facta est consuetudo, & dum cõ-  
suetudini non resistitur, facta est necessi-  
tas, quibus quasi ansulis quibusdam sibi-  
met annexis tenebat me astrictum dura  
servitus. Mancipium propriae volunta-  
tis. Quid pretiosius libertate? Hæc te ipsū  
tua propria voluntas privat. Ego autē ho-  
Rom. 7.  
mo carnalis sum, venundatus sub peccato.

Alte-



Voluntas propria in viciis omnia opera bona. Isa. 58. Bern. ser. 7. in Cant.

Et religiosorum omnes observantias.

Math. 25.

Gen. 27. Iud. 11. D. Ambros. l. 3. de Virg. Jephthe filiam mactare permissus propter voluntatem ipsius propria.

Alterum: Propria voluntas omnia bona opera inficit, ut propterea bona non sint, nec per consequens Deo grata: *Ecce in die jejuniij vestri invenitur voluntas vestra.* Non tale jejunium eligit Sponsus, ait, ad hæc verba Bernard. Non sapit illi jejunium meum, quod non liliū obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Et subdit: Ego autem non solum de jejunio, sed de silentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremò de omni observatione Monachi, ubi invenitur voluntas in ea, non obedientia Magistri sui, id ipsum sentio, minimè prorsus observantias illas, etsi bonas inter se, inter lilia, id est, inter virtutes deputandas. Nunquid tale est obsequium, quod elegi, dicit Dominus? In die bonorum tuorumveniunt voluntates tuæ. Grande malum, propria voluntas, qua fit, ut bona tua tibi bona non sint. Concludit: Nihil omnino, quod propriâ inquinatum sit voluntate, gustabit is, *Qui pascitur inter lilia.*

Voluit quondam Dominus noster, in terris vitam agens, suorum discipulorum pedes lavare. Cui Petrus: *Non lavabis mihi pedes in æternum. Quisnam profundior humilitatis actus? unde sanctius elici potuit, quàm ex profundissima suæ nihilitatis cognitione, & confessione divinæ Majestatis, ac magnitudinis? Domine, tu mihi lavas pedes! Quia tamen in tali actu propria inventa est voluntas, hæc ex ore Filij Dei horrendam illam eduxit comminationem: Si non laveris te, non habebis partem mecum.*

In Genesi Abraham obtulit Deo filiū. In lib. Jud. Jephthe ex voto obtulit Deo filiam. Sed discrimen ex D. Ambros. animadvertite. Dicit aliquis: Qua ratione illic Deus non permiserit parricidium fieri, hic sit passus impleri? Nunquid acceptor personarum Deus? Non, sed meritorum, atque virtutum. Et post multa utrobique discrimina concludit: Hoc tam pium promissum (loquitur de Abraham) propriâ non solvitur voluntate. q. d. Jephthe voto temerè factò, nec requisitus, propriam obtulit filiam, undè

A in die sacrificij sui inventa est voluntas sua: sed Abraham ex præcepto Domini, & ut Deo placeret, filium immolavit; aded respexit ad sacrificium Abraham, ad sacrificium Jephthe non respexit.

B Tertium: Propria voluntas est potentia cæca duplici cæcitate: ea, quam habet ex se: & ea, qua talis, hoc est, propria; & hæc offundit tenebras etiam intellectui, qui, dum voluntas fixa manet, ratiocinatur ad libitum voluntatis. Est etiam potentia claudicans ex utero matris suæ, similis Miphibosech, qui cecidit ex ulnis nutricis suæ, & claudus effectus est Miphibosech, *De ore ignominia.* O quot ignominia, cum voluntas ex brachiis intellectus, cujus est lacte veritatis alere voluntatem, cadit, ac prolabitur. &c. Sed jam ad intellectus, ac propriij judicij, abnegationem deveniamus.

De abnegatione propriij judicij, & intellectus.

### PUNCTUM CXVIII.

D Iudicium proprium, secundum Bernard. hoc modo poterit defini: quod non est recto Dei, hominumque sapientum judicio conforme; sed nostrum solummodò est. Hoc judicium proprium, hic intellectus abnegandus.

E Et meritò, de quo Bernard. In corde duplex est lepra, propria voluntas, & proprium consilium: lepra utraque nimis pessima, eoque perniciosior, quò magis interior: propriij verò consilij adhuc magis perniciosior, quò magis occulta, & quantò plus abundat, tantò quisque sanior esse viderur. Hæc illorum est, qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita ut nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt unitatis divisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, &c. Et quæ major superbia, quàm ut unus homo



homo toti Congregationi iudicium suum A  
præferat, tanquam ipse solus habeat spi-  
ritum Dei? Quasi peccatum ariolandi est, re-  
pugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle ac-  
quiescere.

1. Reg. 25.

D. Bern. de  
prac. & disp.

Idemmet Bernardus alibi in hæc verba  
notat durissimam contumaciam cervicis  
ejus, qui nolit acquiescere, quod est prop-  
rij iudicij. Non acquiescere, inquit Bern-  
nard. se nolle acquiescere, quod est  
odiosa pertinaciæ, & contumeliæ non  
ferendæ. Hoc autem inde est, quia quod  
tales iudicant, & quod intelligunt, hoc  
cecu primam, ac summam æstimant veri-  
tatem. Et quod ipsis videretur, inquit  
Balduinus, quasi sacrosanctum adorat.  
Ceui idolum venerantur suummet iudi-  
cium, quod dicit Hebræus: Quasi pecca-  
tum ariolandi rebellio, & idolum transgredi.

Bald. in hunc  
locum.

Hebr.

Abul. q. 24.

Ubi ex valde scientifica argumentandi  
ratione, ut hic notat Abulensis, colligi-  
tur odium, quo Deus hoc vitium prole-  
quitur, & ejusdem gravitas. Ut enim  
docet Aristot. 8 Ethic. Optimus actus  
virtutis opponitur maximo vitio, &  
minimus habitus virtutis opponitur  
minimo vitio. hoc est, quando aliqua vir-  
tus excellit omnes alias virtutes in boni-  
tate, tantò vitium sibi oppositum excellit  
omnia alia vitia in malitia. Si igitur ac-  
quiescere Deo, & hominibus sapientibus, D  
est magna virtus, nolle acquiescere ma-  
gnum erit vitium. Quod à vitio, cui si-  
mile est, maxime comprobatur: est enim  
quasi peccatum ariolandi, quod, secun-  
dum Card. Hugonem, est super aras in fi-  
bris, seu in ulnis animarum veritatem  
futurorum inquirere, quod simul, & se-  
mel superstitionis est, ac idololatriæ. Ex  
quo patet huius vitij gravitas, quod penè  
simile sit gravissimo idololatriæ sce-  
leri.

Arist. 8.  
Ethic.

Hugo Card.

Hoc vitio in primis laborant, qui no-  
lunt captivare, ac redigere intellectum  
in obsequium Christi, qui que in rebus fi-  
dei evidentiam perquirunt; quam  
quia nesciunt invenire, non  
credunt.

Speranza Scriptura selecta.

Res Dei non curiositate, ac subti-  
litate ratiocinationis, sed hu-  
mili intellectus captivatio-  
ne intelligi.

PUNCTUM CXIX.

IN Isai, juxta Septuag. Nisi crederitis, Isa. 7.  
non intelligetis; hoc est, nisi prius Dei Sept.  
verbis fidem adhibueritis, non intel-  
igetis. Res revelatæ, antequam intelligen-  
tur, creduntur.

Suam doctrinam, sui que cognitionem  
communicaturus Moyse Deus: Ne appro-  
pries, inquit, huc, solve calcamentum de pedi-  
bus tuis. Præceptum hoc variè à Patribus  
interpretatum est. Ad rem Bernardus: In-  
volucra pone carnalium cogitationum,  
si accedere concupiscis. Theod. Rup. Hu-  
go Vist. Cajet. Corn. à Lapide ad litte-  
ram: Moyse discalceari præcepit Deus,  
quia per modum naturæ, audacter, cu-  
riosè, ac parum religiosè ad illud perferen-  
dum mysterium accedere visus est.  
Solve, inquit, calcamenta de pedibus tuis;  
hoc est, majorem reverentiam exhibe,  
idque, ut moris est, calceorum detractio-  
ne testare, simul que, ac semel omni te na-  
turalis rationis juri cedere ostende. (cal-  
ceorum detractio utrumque significat in  
Scriptura, Josue 5. Ruth. 4.) sicque my-  
steria intelliges, quæ ille solus intelligit,  
qui terrenis rationibus renunciatis, hu-  
militer in divinum obsequium abnegat  
intellectum.

Exod. 3.

Moyse cur sol-  
vere calceos

justus.

Theod.

Rupert.

Hugo Vist.

Cajet.

Corn. à Lap.

E Ecce Deus magnus, inquit Job, vincens  
scientiam nostram. Jerem. 32. Magnus consti-  
tio, & incomprehensibilis cogitatu. David:  
Mirabilis facta est scientia tua (tui) ex me  
(præ me.) Hieron. Super me est scientia, &  
excelsior est. Chrysost. Mirum in modum ex-  
celsior est, & non potero ad eam. Hebr.  
confortata est, & non potero ad eam. Hebr.  
propriè est, Elevata est, & non potero ad  
eam, supple attingere, vel pervenire.

Job. 36.

Jerem. 32.

Psal. 138.

Hieron.

Chryf.

Hebr.

Inco-  
gnitæ natu-  
rales vires su-  
perant res di-  
vina.

Olim Sponsa quædam, quasi aculo-  
rum

A a a

rum



Cant. 6.  
Septuag.  
Hebr.

um curiositate, dum Sponsam intueri posse arbitrabatur, audivit: *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Sept. *Averte oculos tuos è regione mei, quia ipsi avolare fecerunt me.* Hebr. *Me superare fecerunt*, supple, omnem tuum captum. Communis loci expositio est, Sponsam juberi hic demissius sapere; nec velle majestatis esse scrutatrice, aut oculis humana rationis contendere, ut eum videre, quem nemo vivens (immortificatus) aut vidit, aut videbit: quia quanto magis in eum defigit oculos; tanto eum magis incomprehensibilem intelligit. *Accedet enim homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Sic Ambros. Theodor. Tres Patres, Cassiod. Gregor. Philo Carp. Beda, Rub. Ansel. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* q. d. Claude, claudere oculos, nec me clarè videre præsumas: nam qui plus præsumit, suo cæco visu plus lumen amittit.

1. Cor. 9.

Res fidei revelatas comparat Apostolus lacti: *Tanquam parvulus lac vobis potum dedi.* Vidisti parvulum sugentem lac? ut clausis oculis fugit? Sic & lac candoris fidei, & veritatis rationalibus clausis oculis sugendum. Effectum procul dubio suum sortietur; scilicet, te evitiet, vives ex eo: (*Iustus ex fide vivit.*) nec opus evidentia.

Psal 130.  
David non fuit scrutator majestatis.

Hebr.  
Cajet.  
Chald.

Ut talis parvulus David! *Neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.* Basil non supercilia contraxi neque cervicem extendi, ut caparem, quæ nimirum sunt supra caput. *In mirabilibus supra me.* Hebr. *In separatis à me.* Si non humiliter sentiebam. Cajet. *Si non aquavi, & flere feci animam meam.* Chaldæ. *Si non posui manum ad os (ut parvulo fieri solet), & scire feci animam meam, donec audirem verba legis.* O sapientem infantulum, qui non vult sapere, plusquam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem!

Esdræ diviositate repressa.

4. Esdr. 4.

Non patitur hujus vitæ status, ut arcuorum divinarum evidentia fruamur, incapaces nunc evidentie sumus. Hanc olim Esdras peroptabat, sed respondit, inquit, ad me Angelus; *Excedens excessu*

*cor tuum in saculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi? Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi statum venti, aut revoca mihi diem, quæ præterit.* Et respondi, & dixi: *Quis natorum facere potest, ut me interroges de his? Et dixit mihi: Tu, quæ tuæ sunt tecum condolentia, non potes cognoscere, & quomodo poteris vas tuum capere Altissimi viam?*

Gloriabatur quondam Isaias, se Deum vidisse: *Vidi Dominum,* inquit, *super solum excelsum, & elevatum.* Præclare certe tecum actum est, & Propheta, præcipuo honore effectus es: sed, amabo te, quid vidisti? quid circa illum conspexisti? quæ facies ejus? *Seraphim,* inquit, *stabant super illud, sex ala uni, & sex ala alteri, duabus velabant faciem, non propriam, sed Dei,* inquit Origenes, *Orig. homi. ex voce, paravi, ambigua ad faciem, vel in Isa. Dei, vel ipsorum Seraphim. Et duabus velabant pedes, non proprios, sed Dei: exordium enim Dei ignotum est; & novissimum non comprehenditur. Quid igitur, & Propheta, vidisti? Vidi, Deum non posse videri, nec comprehendendi. Vidi Dominum super solum excelsum, & elevatum. Quam ob causam, ait Chrysostomus, cum dixisset excelsum, adiecit elevatum? Ut cathedram incomprehensibilem significaret. Velabant ergo facies suas, sic legit etiam Chrysostomus, ne ipsum Deum aspicerent, non enim se dignos esse existimabant, qui altissimam illam Dei majestatem mererentur, ideo excludebant splendidissimum radium è throno procedentem, quod summum splendorem, & immentem gloriam aspicere non auderent, & suam erga Deum reverentiam, & religionem demonstrarent. Simul autem hæc Seraphim, dum caput proprium, pedesque proprios velant, alisque velant, ejus typum præferunt, qui verè proprium abnegavit judicium, quo promptus, paratusque sit, pedibus sese, currere, & volare in divinam sententiam, ac revelationem.*

Chryf. hom. 2. in c. 6. 1. a.

Fernan. in hanc Visionem.

D. Gregorius ad illa verba Ezechielis D. Greg. 33. de suis quatuor animalibus loquentis: *Moral. 2. Cum fuerit vox supra firmamentum, stabant, Ezech. 3. & sumittebant alas suas: Alas demittunt, inquit, quia cum internam vocem divinae sa-*



na sapientie audiunt, quasi volatus sui alas deponunt, quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus contemplari posse cognoscunt.

Job. 26.  
D. Greg. 17.  
Moral. 15.

Hoc idem optimè ad illa verba Job: *Qui tenes vultum solis sui, & expandit super illud nebulam suam.* Solij ejus vultus teneatur, quia à nobis in hac vita Deus pl. nè cognosci non potest. Rectè per Psalmistam dicitur: *Caligo sub pedibus ejus;* quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. *Ascendit enim super Cherubim, & volavit.* Cherubim quippe plenitudo scientie dicitur, proinde super plenitudinem scientie ascendisse perhibetur. & volasse, quia majestatis ejus celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volavit igitur: quia longè in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volavit super pennas ventorum, quia scientiam transcendit animarum. Qui posuit tenebras latibulum suum, quia dum infirmitatis nostrae obscuravit caligine, per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne à nobis modò in æterna, & intima claritate videatur.

Hebr.

Cant. 8.

Unde ei, & in Canticis Canticorum à Sponsi dicitur. *Fuge dilectè mi, fuge;* ac si diceret: Tu, qui ex carne comprehensibilis factus es, ex Divinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in te ipso nobis incomprensibilis permane. Tene: ergo vultum solis sui, qui majestatis suae potentiam mortalibus abscondit. *Et expandit super illud nebulam suam,* qui proculdubid & cor nostrum ad quarendum sublevat, & tamen occulta moderatione agitur, ut ipsa requisitionis suae immensitate reprimatur.

Job. 26.

Joan. 2.

Psal. 138.  
Cant. 3.

Hæc incomprehensibilitatis nebula, lux nostra est. *Et lux in tenebris lucet.* In hac caligine sita est mentis serenitas, in hac nocte intellectus illuminatio. *Et nox illuminatio mea.* Per hanc quærebat illa dilectum suum: *Per noctem quæsi vi, quem diligit anima mea.* Jam & sub umbra federat, nunc per noctem quærit, ut cæca prorsus obvoluta caligine visibilia, & invisibilia pertransiens, ut potest, ut capax est, teneat eum.

A In hac nocte collectans eum Angelo Gen. 32. Jacob, ubi nervus femoris ejus emarcuit. *Jacob nocte lu-* hoc est, ubi ratio carnalis, cessi, Deum, *hæc est typus* quantum fas est, videre meruit. Hanc lucorurum, qui *Deum in hac* tam fuisse cupiditatem, coactumque sciendi divina, Deumque videndi, ostendit *vita voluit* ipsa nominis, aut melius dixerim, nominum interpretatio, *Jacob & Israël,* hoc est, *Hebr.* luctator, ut Deum videat. Ostendit etiam, quod Angelum Dei personam gerentem percontatus est Jacob: *Quod est nomen tuum?* Ubi Theodoretus: In hoc non solum responso frustratus est, sed etiam oburgatur tanquam excedens metas nature (nò enim debem⁹ velle alta sapere sed sapere ad sobrietatē) cognovit nihilominus Deū, quantum sicut. Sed quo medio? Abnegatione, humiliationeque sui intellectus, sui que ipsius mortificatione

B *Oseas: In fortitudine sua directus est cum Angelo, servit, & rogavit eum.* Emarcuit nervus femoris ejus, altero claudicavit pede, quæ omnia, & singula dicunt abnegationem. Qui scens rogat, ut doceatur, tam appetitum sciendi, tum proprii ruditatem ingenij sponte fatetur. *Doce me, iterum edoce: nondū capio, quæ lo, edoce.* Nervus femoris est robur carnalis rationis, pes alter humana ratio, ille emarcescat, in hoc verò, ne quis subsistat (ut Deū intelligat) opus est. Quid mirum, si post talem, ac tantam abnegationem, *Ascendit aurora*

C *O quam verum id! Dominus dixit, ut habitaret in nebula.* In 2. Paralip. Cumque com- *3. Reg. 8.* *pleisset Rex Salomon fundens proceres, ignis descendit de celo, & devoravit holocausta, & stellas, & majestas Domini (vel juxta Septuaginta.)* *2. Par. 7.* *Sept.* *Et gloria Domini implevit domum, nec poterant Sacerdotes ingredi templum Domini, ed quod impleisset majestas Domini templum Domini.* *Abulen. ibid.* *Quærit Abulenais, quana hæc esset majestas? Concludit: fuisse nebulam, sive nubem, in qua, ceu signo visibili divinæ præsentie, Deum adesse constabat. *8. & 10.* *Marian.* *Dei majestas nube tegebatur.* *Hinc non poterant Sacerdotes, hoc est, non audebant ingredi templum Domini, reverebantur enim divinam præsentiam, nec audebant ingredi in illam nebulam, ne**

D *Abulen. ibid.* *8. & 10.* *Marian.* *Dei majestas nube tegebatur.*





quodammodo viderentur audere tangere ipsum Deum.

*Et sumo. Cur?* Huc facit quod Sacerdos thuribus fumum ad se excitabat, ut torus fumea illa nube obtegeretur, quasi diceret: Contestor, me nihil de Deo comprehendere, nihil humana ratione complecti, nihil oculis naturalibus videre. Sic D. Leo. Succubar humana infirmitas gloriae Dei, & in explicandis operibus ejus imparem se semper inveniat, laboremus sensu, haereamus ingenio, deficiamus eloquio, bonum est, ut nobis parum sit, quod etiam recte de Domini majestate sentimus.

*1. Reg. 19. D Greg. Elias cur pallio caput obvolvitur* Hoc certe sibi voluit Elias, dum ipsum Deum praesentens, pallio caput obvolvitur. De quo Gregorius: Sibilum audire est aliquid tenuiter de Divinitate gustare, post auram tenuis sibilum vultum suum Propheta pallio operit, quia in ipsa contemplatione veritatis, quanta ignorantia homo tegatur agnoscit. Vultum namque pallio operire, est mentem consideratione propriae infirmitatis velare, ne audeat altiora se quaerere.

Et merito: quod enim quisque altius ad rerum divinarum cognitionem assurgit, eò magis, quam distet à perfectione comprehensionis agnoscit. Ut is qui longius in Oceanum progreditur, semper profundiora invenit: sic etiam, qui altius in Dei mysteria penetrat, eò altiora, difficilioraque detegit, densioresque tenebras offendit. Quare Salomon: *Dixi: Sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me multo magis, quam erat, & alia profunditas, quis inveniet eam?*

*Ecc. 7.*

Hinc supra jam dicta animalia, & Seraphim stabant, & volabant, quia in eo vastissimo Divinitatis Oceano, & stabant, & ab una ad aliam divinam perfectionem volabant.

*Ezech. 1. Isa. 6.*

Hinc ille, quidnam Deus esset, interrogatus, primò diem unum, deinde duos, postmodum tres dies ad cogitandum sibi dari postulavit: quod quò magis in ea cogitatione versaretur, eò minus, quid Deus esset, inveniret. Nec sane mirum: Deus enim, ut verissime

A à Davide dictum est, *Posuit tenebras latibulum suum*: ut cum quis defixa mentis acie ipsum per contemplationem intueri studeat, statim velut caligine quadam sese circumfusum sentiat, atque ex divinae majestatis omnem mentis captum superantis consideratione, ad profundissimam quandam humilitatem erudiat. Quod eleganter, & ingeniosè simul nobis ostendit. Nyssenus, cum, quid hinc significetur, exponit, quòd Moyses Deum in primà visione in luce vidit, in secundà autem eundem non nisi in nube, & caligine conspexit, ex quo hujusmodi doctrinam elicit. Veritatis cognitio lux est, à quibus primò percepta est, verum mens hominis ad meliora semper procedens, quantò magis ad Dei speculationem accedit, tantò magis perspicit, quòd divina natura invisibilis, & incomprehensibilis sit: nam cum reliquit non solum omnia, quae sensu percipiuntur, verum etiam cuncta, quae mente conspiciuntur, ac semper ad interiora progreditur, tunc caligine undique circumlepta, in invisibili & incomprehensibili Deum videt. In hoc enim consistit vera Dei cognitio, in hoc est ejus visio, ut videas, quòd videri non possit, quòd omnem cognitionem ejus cognitio excedat. Hæc ille.

D In hac itaque caligine positum est *Sapientia vera men, in hac inscitia vera manet sapientia. in inscitia pe- Quoniam non cognovi litteraturam, introibo sita est. in potentias Domini. O sapientem! & felicem ignorantiam, qua plus intelligimus, quam tota Aristotelis, ac Platonis Philosophia! Ex nox illuminatio mea. Nox ista omni humano die splendor est. Nox, quae spoliat Aegyptios, (intra sese includens, ac secum ducens quicquid scit, & quicquid humana docet Philosophia) & dicit Hebræos (transcentes, humanam scilicet rationem.*

E Hi non seruantur majestatem, ne opprimantur à gloria.

Hi non curiosè introspiciunt in Arcam Domini; nec minimum tangunt, ne percutiantur super temeritate. *Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eò quòd vidissent Arcam Domini. Alia littera: Ed.*

*Bethsamita percussit ob curiositatem. 1. Reg. 6. Alij.*

*D Gregor. Nyssen. 1. de vita Moysi. Exod. 20. Moyses cur primum in luce, posthac in nube vidit Deum.*

*Sapientia vera men, in hac inscitia pe- Quoniam non cognovi litteraturam, introibo sita est. in potentias Domini. O sapientem! & felicem ignorantiam, qua plus intelligimus, quam tota Aristotelis, ac Platonis Philosophia! Ex nox illuminatio mea.*

*Psal. 138.*

*Hebr.*



Rupert. ibid.

Ed quod introspexissent in Arcam Domini. Ubi Rupert. Idcirco percussit eos, quia curiosè inspexerunt Arcam Domini.

Item protopla-  
remes lapsi.  
Gen. 3.  
Ezech. 4.  
Hebr.

Hoc certè fuit primorum parentum vitium, qui plusquam par est, introspicere voluerunt. Hoc & illius Angeli, qui cum esset primus Seraphinorum, Cherubim dictus est, quod est plenitudo scientiæ, quasi plus scire voluerit, quam oporteret. De quo Propheta: Perdidisti sapientiam in decore tuo. Ubi Bernard. Non in decore; sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiam. Ea ergo ille non modo formatus, sed & formosus fuit. Sed perdidit eam, cum fecit suam: ut non sit aliud in decore sua, quam in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quod sibi sapiens fuit; quod non dedit gloriam Deo, non retulit gratiam pro gratia, quod non secundum veritatem ambulavit in ea, sed ad suam eam retorfit voluntatem, istud est, cur eam perdidit, immò istud est, quod eam perdidit.

Et Lucifer  
cecidit.  
Ezech. 28.  
D. Bern. ser.  
74. in Cant.

Baptista Ge-  
nium.

Abnegandus itaque intellectus, quo intelligamus, claudendusque oculus, quo videamus. Hoc paradoxum anima illa noverat, cui cum Dominus dixisset: Me semper aspice; illa respondit: Ergo oculos mihi erue.

De cognitione Dei ex crea-  
turis.

PUNCTUM CXX.

Exod. 33.

PER creaturas dignoscitur Creator. Summa flagrabat Moyses desiderio Deum videndi: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. Cui mox: Transibit gloria mea, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris; quasi diceret: In creaturarum vestigiis, & Moyses, me dignoscet: transibit gloria mea, & vestigia relinquam, per quæ quàm magnus sim, quàm

A potens, quàm bonus, ut poteris, conspicias. Sic Hilari. & Irenæus: posteriora sunt Job. 36. ipsi effectus, & creaturæ.

Job: Omnes homines vident eum Sed quomodo id fit, & Job? In suis effectibus. Vnusquisque intuetur procul. Ubi Gregor. Procul eum intueri, est non D. Greg. jam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare.

B Hinc David: Celi enarrant gloriam Dei. Psal. 18. Alij: Celi enumerant gloriam Dei. Hebr. Celi scribunt gloriam Dei. Sic Basil. in Hexameron: Univerfa hæc mundi moles est veluti liber literis exaratus: palam contestans, ac prædicans gloriam Dei. Hoc idem Chald. Quicælos suspicit, cognoscet gloriam Dei.

Hoc de operibus ejus sub manuum typo Sponsa dicebat. Manus ejus (nimirum Sponsæ) tornatiles, aureæ. Alia littera: Manus ejus, volumina aurea.

C Sic verba faciens de divino illo Sponsæ capite: Caput ejus, inquit, aurum optimum. Heb. propriè: Aurum traductum, hoc est, ad intelligendam essentiam, attributa, &c. non est accipienda auri massa, ut est, sed veluti traducenda, volvendaque à manu ad manum.

D Job: Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terra, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit?

E Sic vidit Dominum Isaias: Vidi Dominum, inquit, &c. Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Hebr. Et simbrie vestimenti ejus replebant templum. Vestimenti nomine creaturæ intelliguntur. His omnibus veluti indumento vestietis. Sic Gregor. ad illud Job: Et speciosis induere vestibus. Vidit ergo per creaturas Dominum.

De his egregiè B. Laurentius Justinianus: Sunt quippe creaturarum species humani quidam pædagogus ingenij, & B. Laur. Just. conditoris earum speculum singulare. ser. de Pent. Hoc Apostolus expressit, dicens: Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, &





di unius. Vehiculo igitur hoc utatur praeclaro, quisquis cupit ad summi Dei pervenire notitiam. Melius dici non poterat. Creatura sunt praedagogus ingenij, & vehiculum, &c.

Athan. in vita Anton. Soerat. 4. Histor. 18.

Hoc Antonius ad Dei ferebatur notitiam, de quo Athanasius: Nesciebat litteras, sed se debat in monte. & studebat in libro creaturarum Unde refert Soerates, quoddam Philosopho cuidam roganti, quomodo in eremo sine libris vivere posset, respondit: Meus liber, o Philosopho, est natura rerum a Deo conditarum, quae quotiescunque mihi libuerit, libros ipsius Dei ad legendum suppeditat. Sic Bernard. Est veluti communis quidam liber, & cetera alligatus, ut attollat sensibilis mundus iste, ut in eo sapientiam legat, quicunque voluerit.

Bernard. in Psal. 84.

Psal. 118. Chrysof. Bonav. in itin. c. 1. Mundi liber cui Deum non exhibet, ille stultus est.

O librum grandioribus characteribus exaratum, in quo vel rudiores studere possunt! Non sunt loquela, neque sermones; quorum non audiantur voces eorum. Ubi Chrysof. Non est gens, neque lingua, quae hanc vocem intelligere non possit. Bonaventura: Qui tantis rerum creaturarum splendore non illustratur, caecus est, qui tantis clamoribus non exigitur, surdus est, qui ex omnibus his effectibus Deum non laudat, mutus est, qui ex tantis indicis, primum principium non advertit, stultus est.

Chryf. hom. 9. ad pop. Ant.

Scriptura cur post tot annos edita.

Rom. 1.

Sap. 13.

Sed ipsum eloquentiae flumen Chrysof. stomum audiamus ad illa verba, Caeli enarrant; ubi primum quaerit, quam ob causam post tot annos edita sunt Scripturae, non enim Noe tempore, & Abraham: sed Moyse, liber hic traditus est. Qua de causa non ab initio? Respondet: quia non per litteras; sed per res Deus naturam hominum docere volebat. Invisibilia ipsius, inquit Apostolus, a creatura mundi, per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, hoc est, ante omnium oculos creaturam in medio proposuit, ut ex operibus Creatorem concipiant. Quod quidem & alius dicebat: Ex magnitudine, & pulchritudine creaturarum proportionabiliter ipsarum auctor consideratur. Sic legit Chrysof. & subdit: Vidisti magnitudi-

nem? considera potentiam Conditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapientem obstupefecit, &c.

Deinde venit ad jam dicta verba: Caeli enarrant gloriam Dei. Quomodo narrant, dic mihi: vocem non habent, os non possident, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum: cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquam vocem audiens, & ad aspectum dicens, adoras eum, qui tam pulchrum, & admirabile corpus creavit. Tacet caelum, sed ipsius aspectus vocem tubae clariorem emittit, per oculos, non per aures nos docens.

Caeli tametsi muti narrant gloriam Dei. Quomodo autem Caeli per oculos, non per aures nos res docent.

Sic caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmitermentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Sed hoc qua ratione? Si cogitaveris, inquit Chrysof. quomodo dies, & nox totum per annum distribuuntur, & tanquam in libra, & bilance totius spatij longitudinem diviserunt, eum, qui ordinavit, admiraberis: velut enim sorores quaedam paternam hereditatem pariter cum charitate multa, nullo modo inter se calumniantes: sic & dies, & nox cum omni diligentia annum aequalitate tanta distribuunt, & proprios conservant fines, nec unquam alteram altera pellic.

Psal. 18. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Sed hoc qua ratione? Si cogitaveris, inquit Chrysof. quomodo dies, & nox totum per annum distribuuntur, & tanquam in libra, & bilance totius spatij longitudinem diviserunt, eum, qui ordinavit, admiraberis: velut enim sorores quaedam paternam hereditatem pariter cum charitate multa, nullo modo inter se calumniantes: sic & dies, & nox cum omni diligentia annum aequalitate tanta distribuunt, & proprios conservant fines, nec unquam alteram altera pellic.

Nunquam igitur hyeme dies fuit longa, sicut nec unquam aestate longa fuit nox, prae teritis generationibus, sed in eodem intervallo, & longitudine, neque modicum, nec dimidiam horam, nec oculi momentam altera, quam altera plus habuit, propterea, & Psalmista ipsorum aequalitatem admiratus clamabat dicens: Nox nocti indicat scientiam. Si haec meditari scias, sic admiraberis eum, qui ab initio hos immobiles terminos statuit.

Nocti, & diei confians semper aequalitas Deum indicat.

Audiant haec avari, & aliena concupiscentes, & diei, noctisque aequalitatem imitentur. Audiant inflati, & alta sapientes, & volentes primas partes aliis concedere Dies nocti cedit, nec alienos fines invadit.

Consi-



Nox cur per hyemem longior.

Considera adhuc legislatoris sapientiam. In hyeme longam noctem esse iussit, quando molliora semina, & magis frigidere indigentia, nec calidiorum radum tolerant, postquam aucta fuerint, una cum ipsis crescit rursus dies, & tunc fit longior, quando jam viget factus, &c. Et ubi plura de ordine caeli differunt, ait: Vis te in terram iterum reducamus, & quod miseris, ostendamus? Nunc cernis hoc mare undis, & violentis flatibus plenum? Sed hoc mare spatiosum & magnus, & fucus invalida continetur arida. Et considera Dei sapientiam. Non permittit ipsum quiescere, neque manere sedatum, sed intra terminos manens clamat, & turbatur, & vehementer resonat, & in altitudinem fluctus excitat ineffabilem: eum aurem ad litus, & arenam pervenit, dissolutam rursus ad seipsum revertitur; per hoc utraque te docens, quod non naturae opus est, ipsum intra proprios fines manere, sed ipsum cohibentis virtutis: propterea enim invalidum obicem ipsam fecit; & neque ligna, & lapides, neque montes his littoribus circumposuit, ut non his elementum in ordinem egerit. Hoc igitur & ipse quandoque Judaeis improperans dicebat: Me non timebis, qui arenam mari terminum constituit, praeceptum sempiternum, quod non praeteribit?

Mare cur non sit Deus esse quietum.

Item.

Librum creaturarum quisque amissus etiam legere potest.

Theod. in hist. SS. Patr. in Macedon.

Sicque elegantissimè de morte Chrylost de hoc universalium creaturarum libro concludit, in eo quemlibet posse legere, tum litterarum peritum, tum imperitum, cumque coemere, tam divitem, tum pauperem. Scythia, & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnis homo super terram incedens hanc vocem audiet, non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. In hunc librum, & idiota, & sapiens intueri poterunt, & pauper, & dives.

Studium hoc erat Sanctorum illorum Patrum, quorum unus aliquando interrogatus à venatore, quid in sylvis illis tam diu moraretur? Meum, inquit, & ego venor Deum, eumque habere cupio, & contemplari desidero: neque ab hac pulchra cessabo venatione.

A Ut venabatur Augustinus: Circuibam omnia, quaerens te: interrogavi terram, si esset Deus meus; & dixit mihi, quod non: & omnia: qua in ea sunt, hoc idem confessi sunt. Interrogavi mare, & abyssos, & reptilia, qua in eis sunt; & responderunt, Non sumus Deus tuus, quare super nos eum. Interrogavi stabilem aërem, & inquit universus aër cum omnibus incolis suis: Fallitur Anaximenes, non sum ego Deus tuus. Interrogavi caelum, Solem, Lunam, & stellas: Neque nos sumus Deus tuus, inquit. Interrogavi mundi molem: Dic mihi, si es Deus meus, an non? Et respondit voce fortis: Non sum, inquit, ego, sed perisum sum ego, quem quaeris in me, ipse fecit me. Interrogatio creaturarum profunda est consideratio ipsarum, responsio ipsarum; attestatio ipsarum de Deo, quoniam omnia clamant: Deus nos fecit, quoniam, ut ait Apostolus: Invisibilia Dei, &c.

D. August. in Sol. c. 31. S. Augustinus Deum in creaturis quaerit.

De his, qui per creaturas ad Creatorem non ascenderunt, sed in creaturis steterunt, gravissimis verbis in Sap. Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, qui videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyram stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam, rectores Orbis terrarum Daos, putaverunt. Quorum si specio delectati Deos putaverunt, sciant, quando his dominator eorum speciosior est. Bona enim generator haec omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui haec fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei & creatura cognoscibiliter (Græcè, analogicè, analogia praesertim attributionis) poterit Creator horum videri. Quod est. Quicquid pulchrum, quicquid magnum, quicquid bonum est, ab illa infinita pulchritudine, immensitate, & bonitate est; Deus enim eminentissimè in se creaturarum omnium perfectiones continet, & infinita proportionem excedit.

Sap. 13.

D. Bon.

Græc.

Sic.



D. Aug. ser.  
de verb. Apost.

Sic Augustinus: Omnem creaturam excedit, omnem facturam præterit, universa præcellit: si enim quæras magnitudinem, major est, si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, si splendorem, fulgidior, si iustitiam, iustior, si fortitudinem, fortior, si pietatem, clementior. Et subdit rationem: Nulla enim ratio patitur, ut vel factura factori suo æquetur, vel opus artifici comparetur. Quod iam præallegata scriptura

D. Bern. ser. 1.  
de omnibus  
Sanct.

comprobat: *Qui fecit fortia, fortior est, & qui fecit pulchra, pulchrior illis est.* Eadem est sententia Bernardi. Qui inquit, miraris in Sole splendorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fecunditatem? Sed à Deo hæc universa donata sunt, nec dubium, quin multò amplius reserva verit sibi, quàm dederit creaturis. O quàm facilis! o quàm suavis ascensus hic per creaturas ad Creatorem!

Matth. 6.

Considerate lilia agri, quoniam, nec Salomon in omni gloria sua cooperitus est, sicut unum ex istis. Ex hoc sculi pulchritudine, odore, Plotinum Philosophum ad Deum ascen-

D. Aug. 10. de Civit. 14.  
Cic. 2. de nat. Deor.

disse, scribit August. Et Tullius: Cùm tam certos caeli motus, tam ratos ætæterni ordines, tamque inter se omnia connexa considero, in ætorem Artificis totus accendor.

De proprii iudicij, ac intellectus  
abnegatione in colloca-  
tionibus, & disputatio-  
nibus.

### PUNCTUM CXXI.

Sed jam ad proprii iudicij ac intellectus abnegationem revertamur. Eodem proprii iudicij, ac intellectus vitio laborant, qui in colloca-tionibus, ac disputationibus ita sunt propriæ addicti sententiæ, ut alterius nunquam acquiescant. Hi spiritum contradictionis habent, nunquam sentiunt, quod alij sen-

Spiritum con-  
tradictionis  
qui habeant.

tiunt, ac si essent perpetui interpretes veritatis, Scripturæ glossatores, Rabbi super terram, Doctores irrefragabiles, qui soli spiritum Dei haberent, per quos solos loqueretur Deus.

Plenus sum sermonibus (dicebat his per- similis in Job) *coarctat me spiritus uteri mei, Job. 32. en venter meus quasi mustum absque spiraculo.* Ubi Gregor. adnotat, superbos ple-

D. Greg. Job. 33.

nos se Spiritu sancto asserere, & hinc arroganter dicere: *Audi, Job, eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.* Vides hic, quæso, characterem, formamque loquendi arrogantium? Hoc enim habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre, quod docent: in verbis enim eorum proditur, quòd cùm docent, quasi quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere, eosque quos docent, ut longè infra se positos, veluti in

C imo respiciunt, quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Verba Elii ad Seniores: *Iunior sum tempore, Job. 32. Sperabam, quòd atas prolixior loqueretur, & annorum multitudine doceret sapientiam, sed ut video, (o quàm malè vides!) spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam, q. d. Nuper ego me dispicebam juvenem, verebar & venerabar senes: at nunc sententiã mutare cogor, juvenes*

D intus majorem spiritum alunt, acutiore, doctiores, sanctiores sunt senibus. Non sunt longævii sapientes, nec senes intelligunt iudicium, idèò dicam, audite me, ostendam vobis ego meam sapientiam. O mentis tumorem! o iudicij proprietatem!

Hanc in mutuis colloquiis, aut disputationibus per necessariam abnegationem suadet Apostol. 2. Tim. 2. *Noli contendere verbis. Græcè: Noli verbigerare. 2. Tim. 2. Græc.*

E Hoc est, inutiles quæstiones de nomine, ut ajunt, devita, non enim ad veritatem rei faciunt. Sic Augustinus. Verbis contendere, est non curare, quomodo error veritate vincatur, sed quomodo dictio tua dictioni præferatur alterius, scilicet in disputando non veritatem querere, sed ostentare scientiam doctior, aliis videri, victor, ac superior evadere velle, quod juvenum est, ac elati animi.

O quàm



O quam malum! & quam contra charitatem, suam semper mordicus sententiam trueri! Ut modesti fuerunt sancti, & ipsimet Ecclesie Doctores! Magnus ille Doctor Ecclesie Gregorius ad enascentem quandam in parabola nuptiarum difficultatem ex contextu D. Marth. & D. Lucæ, hoc habet: At si quis forte contendat, hanc eandem esse lectionem, ego melius puto, salva fide, alieno intellectui cedere, quam contentionibus deservire.

Apostolorum Princeps objurgatus à Paulo, quod adhuc quibusdam cibis, veluti antea in lege, abstineret, quanquam in hoc nec venialiter quidem peccaverit, quin in rectissima fecerit intentione, ut optimè probant recentiores, Valsq. & Corn. à Lapide: nam licitum erat intermedio eo quodam tempore, hoc est, ante plenam evangelicæ legis promulgationem, antiquis, ac jam mortuis, etiam necdum mortiferis caeremoniis uti, quemadmodum idem Paulus usus est, dum Timotheum circumcidit, sibi que caput in Cenchreis rotavit, ne Judæi scandalum parerentur, & Judæum sefaciens, ut Judæos ipsos lucrifaceret, & sic Petrus usus est, ne Judæi recens conversi, necdum profus Moysen dedoceri, quasi nimia legalium ciborum abstinentia læderentur nihil tamen pro rei defensione intulit: sed protinus correptioni conquevit, ac humiliter tacens, quod reprehensibilis esset, juxta Pauli sententiam, confessus est. Pro qua re in sacris Paginis difficillima, ut ex D. Hieronym. ad Augustinum, & Augustini ad Hieron. epistolis patet, quod Petrum reprehensibilem dicamus, nec tamen venialiter deliquisse, observandum est, duo in quavis actione posse considerari: primum, intentionem, conscientiam, & fidem, qua actio fit: secundum, eventum illius, aut omissionem alicujus circumstantiæ ex inconsiderantia, qua fiat, ut ea actio minus cauta, & prudens ab aliis censeatur. Hinc accidere potest, ut quis interdum à culpâ sit liber omnino ob naturalem inconsiderantiam, exterius tamen videatur reprehensione, & admonitione dignus ob aliud, quod inde oriatur. Sic Paulo vi-

*Speranza Scripturæ selectæ.*

A sus est reprehensibilis Petrus, quod non tam cautè illis adhuc caeremoniis usus fuerit, ut ex Barnabæ, aliorumque quorundam hæsitacione constituit. Habuit ergo integerrimam intentionem, ac fidem Petrus, dum à cibis abstinuit, & per consequens non peccavit: quia tamen cautior ac prudentior fuisset, si non abstinisset, cum hæc non abstinendi facultas jam cuique data esset, & præsertim ab ipso Petro verbo, & exemplo aliàs comprobata fuisset, abstinens nunc maxime cum admiratione quorundam, ut reprehensibilis judicaretur, ne scilicet alij ex facto alioquilito, quod in posterum non liceret, asserere auderent.

Hic autem quis non miretur summam intellectus abnegationem dum Theologorum (hunc titulum dat Petro Arcopagita) tam humiliter siliuit, ac prorsus acquievit? Nulla Petrus usus est ratione ad factum comprobandum. Non dixit: Meum est de rebus fidei decernere: scio, ac intelligo id, quod ago, sed vel eorum multitudine protinus caput submitit. Unde Gregor. Tacuit Petrus, ut qui primus erat in Apostolatus culmine, primus esset in humilitate. Est August. Rarius, & sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quod non dedignarentur à posterioribus corrigi, quam Paulus, quod confidenter auderent minores majoribus pro defendenda veritate, salva charitate, resistere.

Sed 4. Reg. mirabilis certè proprii judicii, ac intellectus abnegatio Elisei. Jam suis oculis viderat Propheta curru igneo raptum Eliam, unde clamavit: *Pater mi, Pater mi, currus Israël, & auriga ejus*; paulò post adveniunt filij Prophetarum (quod est in Scripturæ phrasi, discipuli Prophetarum) & cum eis quinquaginta viri fortes, ut quærant Eliam: *Si forte, inquit, tulisset eum Spiritus Domini, & projecisset eum in unum montem, aut unam vallium.* Ad quos Eliseus, qui Eliam raptum viderat, & non reversum usque ad mundi finem, per specialem revelationem narrat: *Nolite, inquit, mittere.* Hoc est: Jam raptus est, frustra in terris quæreretur. Illi verò *coegerunt eum, donec acquiesceret, & diceret:*

Bbb diceret:

D. Gregor. hom. 38. in Evang. S. Gregorius minime pertinax in suo sensu.

Gal. 2.

Vnq. l. 2. q. 103. disp. 182. cap. 7. Corn. à Lap. Gal. 2. Ath. 16. & 18.

S. Petri modestia, & humilitas.

D. Gregor. hom. 18. in Ezech. D. August. ep. 19. ad Hier.

4. Reg. 2.

Chartus. hoc loco.



diceret: *Mitte*. O singularem iudicii abnegationem! ut mox acquievit! ut non contestatus est per cælum, per terram, per Deum, propriis oculis vidi! sed ne contenderet, cessit, & dixit: *Mitte*; potius cum rubore voluit cedere. *Et coegerunt eum, donec quiesceret*. Græcè: *Et coegerunt eum, donec erubesceret*, vel Hebr. *usque ad pudesceri*. hoc est: Illi obstinato animo contendebant repertum iis; ille maluit pudore suffundi, quàm amplius contentiosè obistere. *Mitte*, inquit. *Et miserunt quinquaginta viros, qui cum quaesissent tribus diebus, non invenerunt, & reversi sunt ad eum*; quibus ait: *Nunquid non dixi vobis: Nolite mittere?* Sic, sic, et si res, de qua agitur, ipsa luce meridiana sit clarior, et si manibus palpata, & oculis visa, præstat magis pro servanda pace quiescere, quàm contradicere.

Græcè.  
Hebr.

S. Vinc. Ferr.  
de vita  
spir. c. 3.  
Contentiones  
q. a nobrem  
f. v. genda.

Hoc generaliter habeas pro quacunque re temporali, inquit D. Vincent Ferrer. ut ubi alium contradicere videas, quantumcunque exorbitet à iudicio rationis, quodecunque incommodum sufferas pro interna mentis tranquillitate servanda, quæ per tales repugnantias perturbatur, dum homo suo iudicio adherendo verbis, vel cogitationibus cum aliis altercatur. Nec hoc solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, quia majus detrimentum acquiritur in diminutione humilitatis, tranquillitatis, & pacis cum aliis contendendo, quàm possis reperire profectus in quocunque alio virtutis exercitio, voluntate propria affectata, alteri repugnando.

Ecl. 4.

Jansen. ibid.  
Mendacium  
fateri potius,  
quàm defendere.

*Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio in eruditionis tua confundere*. Hoc est, secundum Jansenium, si quod mendacium per imprudentiam, & inscitiam protulisti, ne pergas illud impudenter defendere, aut negare, sed potius illud verecundè fateri. Sunt, qui quodlibet dictum, et si nulli subnixum rationi, eò solum, quòd dictum est, defendunt. O quàm fatius de mendacio in eruditionis aliquando confundi, quàm pertinaciter semper suam sententiam tueri!

A. Quam abhorrebat Job à contentionibus, dum rogabat amicos: *Respondete, obsecro, absque conventione, & loquentes id, quod justum est, iudicate*. Contentio est impugnatione veritatis cum confidentia clamoris: q. d. Vocem non extollatis, sed sedato, peccatoque animo loquimini, ut veritatem dignoscatis, non contentiosè eam impugnetis. Septuag. *Sedete, obsecro*: hoc est, non surgaris elatione vocis, ac motu corporis, (quod rixantium est, qui voce volunt pertingere, quòd ratione non possunt) sed sedete, ut sedato animo disputetis.

In disputationibus eousque progrediendum, quousque veritas emergat: quæ ubi emerit, statim est quiescendum. Quod etiam fieri debet antè, si alter turbato animo contradicit. Virulenta victoria est, ubi cum viceris, perdas amicum.

C. Lipsius.

*Abstine à lite, & minues peccata*. Et hoc non est homini, qui separat se à contentionibus. Tu nisi centies subsumas, ac insurgas, inhonoratum te reputas. Salomon inquit, majorem esse honorem, separare libris, se modesto à contentionibus.

Consuluit Apostolus, ut ne lites sint, res ipsæ dimittantur. Tu opinionem tuam, ne fiat lis, non dimittes? non cedes? non conquiesces? Id optimè faciunt, qui paulatim assuescunt abnegationi proprii intellectus, qui norunt alienam sententiam æstimare, meliori calculo subscribere, &c.

Inter veræ sapientiæ proprietates, modestia, & suadibilitas est. Sic Jacobus: *Quis desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens*; hoc est, reddit faciles, docibiles, & subditos saniori doctrinæ, melioribus consiliis, ac liquidæ veritati. Sic Patet ibidem. Itaque sapientiæ de deo sum est, nunquam alteri se submittere, sed veri sapientis est, bonorum suasioni assensum præbere. Sic

Beda.

Job. 6.  
D. Thom. 2.  
2. q. 38. ar. 3.  
Job contentio-  
num osor.

Septuag.

In disputatio-  
nibus quous-  
que progredi-  
endum.

Lipsius.  
Ecl. 28.  
Prov. 20.  
Cavendum à  
libris.

2. Tim. 2.

Jacob. 3.  
Sapientia ve-  
ra signum ju-  
dicialium.

Patet ibid.  
Terrena in-  
dium pertina-  
cia.  
Beda.

De



*De intellectu, ac proprii iudicii  
abnegatione in agibilibus.*

PUNCTUM CXXII.

Non abnegati  
iudicii vitio  
qui laborant.

Isa. 5.

Prov. 2. 6.

Vatabl.

Chald.

Prudentia sua  
præfrens intol-  
erabilis, &  
vituperabilis.

**N**ON abnegati iudicii vitio præterea laborant, qui nullâ in re alienum iudicium perquirunt, à nemine consilium exposcunt, semetipsos solummodo consulunt. *Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes.*

Sed *Vidisti hominem prudentem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens;* hoc est, vidisti hominem, qui de sua sibi placeat prudentia, neminem consulentem, suo solummodo iudicio utentem à consiliis? Sperandum est magis de insipientis alicujus (qui talis vulgo habetur, quique talis est in oculis suis) sapientia, ac prudentia, quam de illius. Sic Vatabl. sententiam expressit. *De stulto melius sperandum, quam de ipso.* Sic Chald. *Si vidisti virum, qui sapiens est in oculis suis, melior est illo stultus, qui scilicet suam agnoscit insipientiam, & sapientes non fugit, sed ab eis exquirat, quod sibi deest: melior hic certe est homine in oculis suis sapiente.*

O quantis detineatur erroribus, qui nunquam errare credunt! Aliquid fortasse negotij rectè gesserunt, & hinc vel diuina hora quæque negotia acturos se rectè præsumunt. Sed nihil pejus est iis, ut asserit ille sententiosè, qui paululum ultra primas litteras progressi, falsam scientiæ persuasionem induerunt: nam & credere præcipiendi peritis indignantur, & velut iure quodam potestatis (quo ferè & hoc hominum genus intumescit) imperiosi stultitiam suam perdocent. O quam verum, quod hic ait de intellectu speculativo, nimis, ac præpoperè speculativo, apratur intellectui practico, nimis (ironicè tamen) practico! paululum enim nonnulli in rebus agendis progressi, & vix primis agibilium elementis imbuti, falsam prudentiæ persuasionem induerunt: nam & credere expertis dedignantur, & veluti iure quodam potestatis,

**A** quo valdè hoc hominum genus intumescit, regulas agendorum præscribunt, suam praxim ostentant, omnium consiliarios sese prædicant. *Vidisti hominem prudentem sibi, vel Hebr. & Chald. In oculis suis videri?*

O quam vituperandi, qui ac si essent impeccabiles, nec omninò errare possent, nec fallere, nec falli, statim ac suam protulerunt sententiam, ea soli seopum se attigisse existimant, & in ea immobiles, imper-suasibiles, ac infragibiles nulli alteri sententiæ acquiescentes perdurant. Hi sunt, qui alienum consilium nunquam requirunt: putant enim proprium sibi iudicium satis, superque esse, non secus ac si Deus essent, cujus solum est alterius consilio non egere, sed sibiipsi cumulatissimè sufficere.

**C** Sed plura vident oculi, quam oculus, ut antiquum proverbium habet, & curior est, qui minus scit, attamen alios libenter audit, quam qui plus scit, sed plus sibi fidit, ut qui solus nunquam à seopo aberret, solus rectè iudicet, ceteri semper fallantur. *Vidisti hominem prudentem sibi videri? magis spem habebit insipiens.*

Cum quis non omnimodà pollet perfectione, iudicij (nemo enim is est inter homines) æquum est, ut prudentiores, senioresque consulat: quod si etiam sapientissimus esset, alios consulens, optimè faceret; semper enim aliquid ex aliorum consiliis acquiritur. *Audiens sapiens sapi-  
entior erit, & intelligens (aliorum consilia) gubernacula (recta gubernandi præcepta) possidebit.* Ubi Hier. Ostendit Salomon hic neminem in hac vita sapientem fieri posse, cujus sapientia nequeat augeri, semperque moris est sapientum, ut dicta majorum, aliquando etiam minorum, auscultent, & quicquid in eis utilitatis audierint, ad se replicent, suòq; in corde recondant. Quinimò ipsa sapientia non alie in loco, quam in consilio suum thronum habet: *Ego sapientia habito in consilio.* *Va-  
Prov. 1. leant, qui non dignantur consilium capere. David etsi loqueret in omnibus Deum  
Psal. 118. consulere juxta illud: Consilium meum, justificationes tuae. Hebr. Viri consilij mei, justifi-  
cationes tuae. Hoc est: In rebus omnibus, ac*

Consilium  
aliorum etiam  
sapientissimis  
exquirat.

Prov. 1.

D. Hieron.

Prov. 1.

Psal. 118.

Hebr.



negotiis consilium exposco à tuis iustificationibus, ac praeceptis: si hæc consulunt, ut negotium agatur, agitur: si minus, non agitur. his utor à consiliis: sine his nihil penitus ago: Tamen hominum etiam consilia captabat, etsi spiritum Dei haberet, tantaque sapientia, ac prudentia præditus esset, unde semper lateri adjunctos habebat domi, forisque Prophetas Gad, & Nathan, quibus tanquam consiliariis utebatur nihil, quod alicujus esset momenti, illis inconsultis, deliberans.

Huc facit, quod expendit Origen. de Moysse ad illa verba Exodi: *Quibus auditis Moyses, fecit omnia, quæ suggererat.* Cum perspicio, inquit, quod Moyses Propheta Deus plenus, cui Deus facie ad faciem loquebatur, consilium accepit à Jethro, Sacerdote Madian, admiratione nimia stuporem mentis incurro. Non dixit Moyses: Mihi Deus loquitur, & quid agere debeam, cælesti ad me sermone defertur, & quomodo consilia ab homine gentili alieno à populo Dei? Sed audit vocem ejus, & facit omnia, quæ dicit, & non quis dicat, sed quid dicat, auscultat. Quis hodie eorum, qui populis præsunt, non dico, si jam aliqua ei à Deo revelata sunt, sed si in legis scientia aliquid meriti habeat, consilium dignatur inferioris, saltem Sacerdotis, accipere, ne dum dixerim, laici, vel gentilis.

Sed gravioribus adhuc verbis Chrysofost. hom. de ferendis reprehensionibus: Si discere vis, inquit, quod etiam si ingenij acrimonia antecellat alios, sisque valde perfectus, opus tibi sit Consiliario, & alio, qui te corrigat, & arguat, vide, quid fecerit Moyses. Neque enim Moysi facile par fueris, qui enim sapiens erat, qui potens verbo, & opere, qui amicus Dei, qui creaturis imperabat, qui tanta miracula operabatur, non animadvertit rem, quam mortalium plerique facile confiderant. Socer autem ejus, homo barbarus & obscurus, statim animadvertit, & in medium attulit; quam ille non temerè cogitavit. Audite causam, ut & vobis proficit: Consiliariis enim omnes opus habent, etiam si Moysi conferri possint. Multa enim sunt, quæ magni, & admirabiles vi-

ri ignorant, quæ tamen parvi, abjectique scire solent.

Ubi igitur barbarus ille vidit, Moyssem quædam præter dignitatem facere, eum correxit, non curans, quod sapiens esset, & intelligens, & Dei amicus, consilioque junxit increpationem: & nec sic exasperatus est Moyses ille sapiens, quod ab homine barbaro, & privato doceretur. Nô, inquam, inflabatur, vel principatus magnitudine, vel miraculis ab eo factis, nec rubore suffundebatur, quod tot præsentibus, iisque subditis, corrigeretur: sed considerabat, quod licet magna à se signa fierent, humanæ tamen particeps esset naturæ, quam non raro multa latent, atque idè eum mansuetudine consilium suscepit. Est nunc videre aliquos, qui ne putentur alieno indigere consilio, malunt potius utilitate consilii carere, quàm discere. Moyses igitur non reveritus subditos, non dixit intra semetipsum: Contemnent me subditi, si ab aliis, quid faciendum sit, didicero, sed obtem, eravit, & fecit juxta consilium Jethro soceri sui: immo non solum non erubuit illos, qui tunc erant; sed etiam eos, qui usque ad nostram ætatem sequuti sunt, hoc litteris docuit.

Nos autem, si coram uno homine arguimur, & corripiamur, conturbamur totis visceribus. At Moyses non sic agit, sed prædicat quotidie omnibus, idque litteris, quod socer suus animadvertit ea, quæ ipse considerare non potuerat: ut nos doceat, ne unquam de nobis ipsis sublimè sentiamus, etiam si omnibus sapientiores simus, neque Patrum consilia contemnamus, etiam si omnibus viliores habeantur. Et si quid utile, vel commodum consulari aliquis, esto minister sit, tu tamen admonitionem suscipias, si perniciose quidam, esto in summa dignitate sit, ejus sententiam rejicias. Non enim qualitas personarum consulentium, sed natura consilij in omnibus observanda est. Hoc igitur est, quod Moyses nos docuit, ut non erubescamus, si arguamur, etiam si tora nostra plebs adsit. Reprehensionem enim bene ferre, non vulgaris, sed summæ Philosophiæ præconium, & laus

*Consiliis hominum utebatur David, tamen si Dei sapientia plenus.*

1. Reg. 22.  
2. Reg. 2.

Exod. 18.  
Orig. ibid.  
Consilium à Jethro accepit Moyses, cui Deus loquebatur.

*Chrysofost. de ferendis reprehens.*

*Consiliariis omnes opus habent, quantumvis Moysi pares.*

*Moyses vel à barbaro etiam palam corripere solebat.*

*Moyses erratum suum scripto suo ad nos usque transmisit.*

*Consilij qualitas, non consulentis conditio attendenda.*



& laus est. Non aded laudamus, & admiramur hodie Jethro, qui Moysen correxit, sicut sanctum illum, qui non erubuit tot presentibus corrigi, & factum hoc memorie commendare.

3. Reg. 12.

Huc etiam facit illud ex tertio Reg. Roboam, filius Salomonis, dereliquit consilium senum, qui afflebant coram Salomone patre ejus, cum adhuc viveret. & adhibuit adulescentes, qui nutriti fuerant cum eo. Non acquievit Rex populo, quoniam aversatus fuerat eum Dominus. Tria hic singulariter notanda. Primum, Salomonem, licet omnium sapientissimum, assistentes tamen a consiliis habuisse. Secundum, consilia dari juxta mensuram prudentiae, senes, ut senes consulunt, & juvenes, ut juvenes: sanguis ebulliens non canae mentis adulescentibus illis consilium hujusmodi suggererebat. Principes pacifice possessionem capiunt, novum etenim regnum inchoantibus, utilis clementiae, & largitatis fama. Ita Tacitus. Qui aliter consuluit, parum sapit. Tertium, consilium non adhibuisse senum: Quoniam aversatus fuerat eum Dominus. Et hoc loco dictum illud D. Thomae intelligo: Consilium activum in aliquibus est gratia gratis data, consilium autem passivum est existentium in gratia. Quid est, quod ille saluberrimum illud consilium non capiat: Quoniam aversatus est eum Dominus, &c.

Consiliaria etiam Salomon licet sapientissimus utebatur.

D. Thom.

Ecc. 32. Grac.

Sine consilio nihil facies, & post factum non poenitebis. Praemiserat: Vir consilij non disperdet intelligentiam. Graece: Non despiciet, aut negliget considerationem; hoc est, alienus a consilio, & quod inde sequitur, superbus nullo timore concutietur, non solum, cum rem aliquam aggreditur, sed etiam postquam sine prudentum consilio fecerit aliquid juxta suam voluntatem, propriumque judicium. Subdit postea: Sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Hinc Tobias ad filium: Consilium semper a sapiente perquire; ut scilicet post factum te non poeniteat, sed placeat fecisse, quod feceris.

Tob. 4.

Prov. 11. Alij.

O quam rectius peraguntur negotia post inita consilia! O quam magis stabilia, ac firma semper reperiuntur! Prov. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Alij:

A Vbi non sunt consilia, populus corrues. Multorum consilia sunt veluti nexus, & colligationes negotiorum, ut nulla proinde vi dissolvi, aut concuti possint. Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento aedificij non dissolvitur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij. Hoc est, ut solidorum liquorum connexio supra erectos parietes fundati alicujus aedificij, vel ubi aliquid aedificium fundatur, idemmet aedificium reddit firmum ac stabile, ne dissolvatur, etiamsi magnorum ventorum impetum sustinere cogatur, & ab eis concutiat: ita confirmatum in cogitatione consilij, solidis, firmisque multorum nititur rationibus; quia in tali corde est etiam connexio, atque conjunctio causarum, rerumque antecedentium, & consequentium, unde optima consilia firmantur. Quid mirum, si ventus, & procellae obloquentium, qui aliquid peractum negotium imprudentiae damnant, nihil damni inferant? quia scilicet in quavis concussione negotium invenitur colligatum, & confirmatum in solida cogitatione consilij: quod si nulla firmatum esset recti colligatione consilij, vel primo tactu, & insufflatione corrueceret.

Ecc. 22.

B

C D Hilarius primam prudentiae regulam eam facit: Super eo, quod nescias, consilium capere: aliceno namque consilio ignorans docet, & doctus fit doctior. Miterere falluntur, qui credunt, signum esse ignorantiae alium consulere, cum potius sagacioris judicij, ac prudentiae sit argumentum: prudens etenim negotia perpendit, ac diligenter examinat; inconsultus oscitanter exequitur, quod est ipsissima ignorantia.

D. Hilari. in Psal. 118.

E Ipsamet Sapia Patris Christus Dominus, sciens, quid esset factururus, confert eum Philippo: Vnde ememus panes, &c. Tu ignorans, quid sis factururus, consilium non capies? Rupert. Abb. in illud, quod dixit Rupert. Abraham: Absit a te, ut rem hanc facias, ut occidas justum cum impio, non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. Consulebar, inquit, Domino fidelis famulus, quatenus sic ageret, ut de suis ipse iudiciis dignè laudaretur, proinde miris, & misericors Dominus

Ioan. 8. Gen. 18.

Rupert. Abb. ibid.

Consilium creatura Deus non rejecit.



monitorem hominem non aspernatur, & quodammodo arguentem non dedignatur, & ejus petitioni annuit: *Si in venero, ait, Sodomis quinquaginta iustos, &c.*

D. August.

D. Cyp.

2. Tim. 2.  
Prov. 11.

Abnegandum ergo iudicium alterius, captando maxime à senioribus consilium. D. August. dicere solebat: *Quemcunque libenter audiant, vel Episcopum unius anni, Episcopus tot annorum.* Hoc idem & Cyprianus, verus uterque Episcopus, & servus Dei, quem, ut inquit Apost. oportet esse docibilem, &c. *Quid mirum? Qui sapiens est, audit consilia.* Et quid mirum? *Salus, ubi multa consilia;* ubi scilicet non tam consiliatij abundant, quam consilia. O felicem illam rem publicam, vel aristocratiam, hoc est, Optimatum principatum, unde non unum, sed ex ipsorum quolibet plura, & saluberrima habeantur consilia!

*De his, qui proprio solum ducuntur iudicio.*

PUNCTUM CXXIII.

Tit. 3.  
Iudicio proprio damnatur Hæreticus.

Apostolus ad Titum: *Hæreticum hominem devota, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Verè proprio, condemnatus iudicio, cui nimis credit: sui enim iudicij perfidia, & pertinaciâ peccat Hæreticus.

Cass. col. 2.  
c. 5.  
Et perijt Heronem eremita.

Ut quidam sunt pertinaces in proprio iudicio! De misero illo Herone Cassianus: *Recolite id, inquit, quod auper gestam oculorum vestrorum vidistis obtutibus, senem videlicet Heronem, in illusionem diabolicam à summis ad ima dejectum, quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum, singulari restrictione rigoris continentie tenuisse meminimus, & solitudinis secreta ultra omnes hic commorantes miro fervore sectatum.* Hic igitur quo pacto, quâve ratione post tantos labores ab insidiatore delusus, gravissimo corrucens lapsu, cunctos in hac eremo constitutos luctuoso dolore

A percussit? Nonne, quia minus discretionis virtute possessa, suis definitionibus regi, quam consiliis, vel collationibus Fratrum, atque institutis majorum, maluit obedire? Quis verò fuerit hominis casus, nostis omnes.

Idem Cassian. hæc affert Scripturæ loca juxta Septuag. Proverb. 31. *Cum consilio omnia fac, cum consilio vinum* (spiritus, consolationum, Scripturæ) *bibe; ne scilicet nimis inebrieris.* Item: *Sicut civitas muris diruta, & non circumdata, sic est, qui non cum consilio aliquid agit.* Ubi subdit Cassianus: *In hoc sapientia, in hoc intellectus, sensusque consistit, sine quibus nec interior nostra ædificari domus, nec spirituales poterunt divitiæ congregari, secundum illud: Cum sapientia ædificatur domus, & cum intellectu iterum erigitur, cum sensu implentur cellaria omnibus divitiis preciosis, & bonis.*

Cass. col. 2.  
c. 4.  
Prov. 31.  
Prov. 25.  
juxta Sept.

Prov. 24.  
juxta Sept.

C Et infra, ut ex sententia Abbatis, qui in ea collatione introducit, exemplis sacre Scripturæ probaret, neminem se per se regere debere, affert illud Samuëlis ex 1. Reg. quem noluit per semetipsum Deum minus erudire, sed recurrere semel, & iterum voluit ad senem, cuius vocem simulaverat, ut Dei vocem crederet vocem ejus, qui Deum referret. Ubi Cassian. ponderat, voluisse nihilominus Deum, ut ad seniore, licet jam reprobatum apud Deum à suo munere, curret, ut forma subjectionis ejus proponeretur exemplo.

Cass. col. ead.  
cap. 14.  
1. Reg. 3.

Samuelem per Heli instituit Deus voluit. Cur?

Et capite sequenti subdit Paulum quoque per semetipsum vocans, & alloquens Christus, cum posset ei perfectionis viam referre confestim, dirigere ad Ananiam maluit, & ab eo juberet viam veritatis agnoscere, dicens: *Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid tibi oporteat facere.* Mittit itaque & hunc ad seniore, eumque illius potius doctrinâ, quam suâ censet institui, ne scilicet quod rectè gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptionis præberet exemplum dum unusquisque sibimet persuaderet, simili modo se quoque debere Dei

Act. 9.

S. Paulum cum Deo ad Ananiam misit, ab eo erudiendum



Dei solius magisterio, atque doctrinâ potius, quàm seniorum institutione formari.

*Gal. 2.* Quam præsumptionem etiam ipse Apostolus non solum literis, sed etiam opere, atque exemplo docet omnimodis detestandam, ob hoc solum modò se asserens Jerosolymam conscendisse, ut Evangelium, quòd comitante gratia Spiritus Sancti cum potestate signorum, & prodigiorum Gentibus prædicabat, cum suis Coapostolis, & antecessoribus, privatâ quodammodò, ac domesticâ examinatione conferret. Et consulti, inquit, cum illis Evangelium, quod prædico inter gentes, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Quis ergo tam præsumptor, & cæcus sit, qui se audeat suo iudicio, ac discretioni committere, cum Vas electionis indiguisse se Coapostolorum suorum collatione testetur? Unde manifestissimè comprobatur, nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens, unde valeat erudiri, doctrinam seniorum, vel instituta contempserit, parvipendens illud eloquium oportet diligentissimè custodiri: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi.

*Dent. 32.* Eadem est D. Vincentij Ferrerij sententia in tract. de vita spirituali: Quòd per instructorem idoneum citius, & facilius pervenitur ad perfectiones, quàm per seipsum. Ubi postea concludit: Immo dico, quòd Christus suam gratiam non ministrabit, si homo habet, à quo possit instrui, & negligit, vel non curat alterius ductum amplecti, credens sibi sufficere, & per se posse investigare, & invenire, quæ sunt utilia ad salutem. Hæc via obedientiæ, hæc via regiæ, quæ homines inoffenso ducit pede ad summitatem scalar, cui Dominus apparet innoxius.

*D. Vincent. Ferrer.* Quò quisque alios excedit, ac perfectione præstat, eò magis alieno, quàm proprio fertur motu, tum intellectus, tum voluntatis. Orbis, quò à terra remotiores, eò in suis moribus naturalibus tardiores: Luna mense, Sól anno, &c. Sed mirum est, motu raptus quàm citò omnes ferantur. Sic ad primi mobilis,

A vel Dei, vel superioris perfecti quique citissimè feruntur motum, qui tamen proprio sensu admodum lentè moventur.

De S. Pachomio in Vitis Patrum: Ingressus aliquando Pachomius quoddam Monasterium, venit post orationem ad Fratres, qui psaltes operabantur, sedensque cum eis cœpit & ipse texere. Transiens autem parvulus, qui constitutus erat ad obsequium ejus, qui septimanam faciebat, intendit texentem beatum Pachomium, & dixit ei: Non benè, Pater, operaris: alio modo Abbas Theodorus iutexit. Et mox consurgens, ait ad parvulum: Ostende mihi, quomodo texere debeam. Et cum didicisset ab eo, sedit rursus ad opus suum, mente tranquillus: & in hoc facto superbiæ spiritum comprimens. Nam si secundum carnem quantumcunque saperet, nequaquam pueri monitis acquiesceret, sed potius increpasset eum, quòd ultra ætatem suam loqui præsumpisset.

*In Vit. Patr. in Vita S. Pachom.*

*Pachomius senex cuidam parvulo morem gerit.*

De Consiliariorum conditionibus.

PUNCTUM CXXIV.

**I**N Apocal. In circuitu sedis (Dei) sedilia (non platea, vel atrium deambulatorium.) Et super thronos seniores, & cani sensu, non juvenes ætate, & mente sedentes (non stantes, vel passionibus agitati, sed animo composito, ac sedato) circumamicti vestimentis albis (eandore veritatis, quæ undequaque indurus debet esse Consiliarius.) Et in capitibus suis corona (ob constantem animi virtutem) aurea (ob charitatem.) Quid mirum, quòd de throno procedebant fulgura (in scelestos, (voes) in bonos,) & tonitrua (in peccatores?)

*Apoc. 4.*

Ad hæc: In circuitu sedis animalia erant plena oculis ante, & retrò. Talis debet esse Consiliarius: plenus oculis, ut præterita consideret, & futura prospiciat, ut quoquò suâ oculorum acie pertingat.

*Consiliarius sit plenus oculis.*

*Annua*



Et similis leonis.

Item vituli.

Habeat faciem hominis.

Et perspicacitatem aquila.

*Animal primum simile leoni, ut nimirum intrepide, cum opus est, exeat, & contra reipub. damna rugiat. Secundum simile vitulo, ut prudenter, ac maturè incedat, non præcipitet, sed quasi bos fortiùs figat pedem, ruminet, ac agenda discernat. Tertium habens faciem quasi hominis, ut humaniter, & charitative, quæ communia, non quæ propria sunt, quærat. Quartum simile aquila volanti, ut subtiliter negotij punctum attingat.*

Præterea: *Et requiem non habebant dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus; hoc est, omne consilium ad Dei gloriam, & commune proximorum bonum dirigi debet. Quas sanctorum animalium voces ubi Seniores audierunt, è suis capitibus extraxerunt coronas, mittentes eas ante thronum: quod est, dum Consilij audiunt, rem esse honoris Dei, & de his agi, quæ Dei sunt, omnem, ut ajunt status rationem postponentes, sese Dei rationi subjiciant, ac suorum consiliorum*

*A coronas ad Dei pedes deponant.*

*Consiliarius, ut alteri, non sibi consulat, passione careat. Noli consiliari cum socero tuo. Quid? Nonne bonum est soceri consilium? Bonum est, sed ut plurimum, ob amorem filia, passione non caret. Noli consiliari cum socero tuo, ne consilia filiae suæ aperiat, inquit Jansenius; aut ne in rem filia magis consulat, quàm in utilitatem generi. Græcè: Noli consiliari cum eo, qui reveretur te; quia scilicet quod sentit, non aperiet. Alij: Noli consiliari cum eo, qui te spectum habet; & idè Jacob à socero Laban consilium non quæsit.*

*Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei, &c.*

*David: Consilium meum justificationes tua. Pagnin & Felix, Viri consilij mei. Camp. Senatores mei, seu viri à consilio mihi. Hier. Testimoniatua voluntas mea, Camp. quasi viri amicissimi. Sic, sic prospera procedant cuncta, &c.*

